Η'ΣΙΟ'ΔΟΥ Α'ΣΚΡΑΙ'ΟΥ

ΤΑ' ΕΥΡΙΣΚΟ'ΜΕΝΑ,

Ο'ΡΦΕ'ΩΣ,

ΚΑΙ' ΠΡΟ'ΚΛΟΥ ΛΥΚΙ'ΟΥ ΦΙΛΟΣΟ'ΦΟΥ

Υ῞ΜΝΟΙ.

HESIODI ASCRÆI

QUÆ EXTANT,

ORPHEI,

ET PROCLI LYCII PHILOSOPHI

HYMNI.

Cum breviſſimis Adnotationibus ex probatiſſimis Auctoribus excerptis.

Accedit PASORIS Index vocabula ſingula Heſiodi complectens.

Editio altera accuratior, & emendatior.

AD USUM SEMINARII.

PATAVII, Typis Seminarii. MDCCLXXII.
Apud Joannem Manfrè.
SUPERIORUM PERMISSU, & PRIVILEGIO.

AD LECTOREM.

HEſiodi, quæ extant, Opera etiam alias noſtris impreſſa typis iterum Tibi ſiſtimus, amice Lector, in brevius volumen contracta, iiſque maculis expurgata, quæ antea in ipſa neſcio quo pacto irrepſerant.

Optimum porro duximus latinam tantum Heſiodi interpretationem ex æquo Græcis carminibus reſpondentem adjicere, Italam vero ab Antonio Maria Salvino confectam ſeparato volumine comprehendere, & in unum quaſi corpus redigere cum Homerica Interpretatione, quam ab eodem præſtantiſſimo Auctore habemus, qui Græcam omnem, Latinam, & Italam eruditionem complexus Florentinam Civitatem & Academiam mirifice illuſtravit. Hunc ipſi ordinem ſequuti ſumus, ut omnibus ſatisfieret. Qui enim Græca tantum & Latina deſiderant, minore impenſa librum hunc ſibi poterunt comparare: nec deerunt Itala iis, qui velint inter has omnes

linguas comparationem aliquam instituere, & singularum ingenium, & indolem explorare. Quanto autem emendatior hæc nostra posterior Editio sit, eorum, qui utramque legerint, simulque contulerint, judicium esto. Quod autem pertinet ad Salvini Interpretationem, eam nusquam mancam & imperfectam ab eo relictam putamus, proptereaque ubi talem invenimus, restituendam curavimus. Difficile sane opus, at jucundum laborem quemvis capessere ad illustranda tantorum virorum carmina, ac præcipue Hesiodi, quem celeberrimum Poetam sibi ad hæc usque tempora superesse non solum Græcia, sed etiam tota Litteraria Respublica magnopere gratulatur. Hinc enim non pauca suppetunt antiquæ eruditionis præsidia, quibus qui fuerint destituti nunquam pervenient ad perfectam cæterorum Græcorum Auctorum intelligentiam, sed sæpe in illorum lectione hæreant ancipites ac fluctuent necesse erit, cum in iis multa sint, quæ ab hujus Operis notitia pendent. Hinc etiam apud veteres tanta fuit Poetæ hujus existimatio, ut ejus, sicut etiam Homeri versibus in sermonibus familiaribus uterentur, eosdemque rebus

bus fere omnibus explicandis accommodarent, multoſque tanquam Proverbia adhiberent, quod & ex Eraſmi in Chiliadibus teſtimonio, & ex communi eruditorum virorum conſenſu conſtat. Sed hæc hactenus. Interim te oro, ſtudioſe Lector, ut libenter oblatas merces excipiens meum Tibi inſerviendi ſtudium æqui bonique facias. Vale.

NOI

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del *P. F. Filippo Rosa Lanzi*, Inquisitor Generale del S. Officio di Venezia, nel Libro intitolato *Hesiodi Ascræi quæ extant, Orphei, & Procli Lycii Philosophi Hymni &c.* non v' esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza a *Giovanni Manfrè*, Stampator di Venezia, che possi essere ristampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 30. Luglio 1772.

(*Sebastian Zustinian Rif.*
(*Alvise Vallaresso Rif.*
(*Francesco Morosini II. Cav. Proc. Rif.*

Registrato in Libro a carte 106. al Num. 878.

Davidde Marchesini Segr.

Registrato al Magistrato Eccellentis. contro la Bestemia in Libro a carte 48.

Andrea Granarol Seg.

HE-

HESIODI VITA.

Ex Lilii Gyraldi, de Poetarum Hiſtoria, Dialogo II.

DE Homero jam ſatis. A quo non longe abfuit ſenex, ruſticana agreſtique facie. Jamdudum, inquit Piſo, Heſiodum nobis affers. Ipſum, inquam, profecto Heſiodum, quem & aliquo tempore cum Homero floruiſſe accurati quidam prodidere Scriptores, alicubi licet Cicero noſter Homerum longe faciat antiquiorem. Vetus certe diſceptatio inter Grammaticos, Gellio & Seneca & Pauſania teſtibus, uter ætate præceſſerit: qua de re & dialogos duos Ponticus Heraclides ſcripſit, & Cyrillus libro primo contra Julianum Cæſarem, centeſimo, inquit, LX. & quinto anno poſt captam Trojam, Homerum & Heſiodum fuiſſe dicunt, & reliqua. Tum paullo poſt ſubdit idem Cyrillus: Tradunt autem quidam, quod Homerus non fuit coætaneus Heſiodi, ſed in illis fuerit temporibus, regnantibus apud Hebræos Azaria & Ozia, apud Medos Arbace, apud Latinos autem Proca Sylvio, ante ſcilicet conſtitutionem Olympiadum. Quæ cum dixiſſem, nos, inquit Piſo, ſummopere avemus de te audire, quæ tu aſſidua lectione ſuper hac re annotaveris. Quibus ego, libenter ſic agam, inquam, remque ideo altius aliquanto repetam. Porphyrius enim & plerique alii, Heſiodum Homero juniorem annis centum faciunt, atque ante primam Olympiadem. Quam opinionem ſequi videtur Solinus, qui ita ſcribit: Inter Homerum & Heſiodum Poetam, qui in auſpiciis Olympiadis primæ obiit, centum XXX. anni interfuerunt. Alii eadem Homeri ætate floruiſſe ſcriptum reliquere; quam opinionem & Philoſtratus habuiſſe videtur. Et Vellejus non damnandus hiſtoricus, (tametſi quidam inſulſe nullum fuiſſe Vellejum ſuſpicantur) & M. Varro in primo de imaginibus, ut eſt apud Gellium. Non eſt, inquit, dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint Homerus & Heſiodus: idque ex Epigrammate comprobat, quod in tripode in-

inscriptum fuerat, qui in Helicone Musis positus erat. Epigramma quod apud Dionem legi, & inter Græca epigrammata, tale est:

Hesiodus posuit Musis Heliconibus istum,
Cum cantu vicit divinum in Chalcide Homerum.

Græcum vero si mavultis, hoc est,

Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικωνίσι τόνδ᾽ ἀνέθηκε.
Ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον.

Verum ubi in hunc sermonem incidimus, hanc vobis, utcumque meis verbis potero, historiam ex Plutarcho recitabo, qui eam tum in quinto Symposiacῶν attigit, tum in eo, quod Septem Sapientum convivium inscribitur, copiose explicavit. Homerus, inquit, & Hesiodus in Oelyci Thessali exsequiis & Amphidamantis Chalcidensis, carminibus certarunt, qua in re dubia atque anceps Judicum fuit sententia. Conversi, inquit, sunt ad hujusmodi interrogationes, & proposuerunt inanes, ut ajunt, quasdam nugas. (si modo recte interpretamur, ὡς φασὶ λέσχας, non ὡς φησὶ Λέσχης, ut passim legitur: non tamen decerno, conscius & Lesches nomen esse proprium Poetæ Lesbii) Homerus quidem sic:

Musa mihi referas, quæ non unquam ante fuere,
Neve futura retro.

Tum vero ex tempore respondit Hesiodus:

Verum cornipedes quando Jovis ante sepulchrum
Festinantes propter palmam plaustra terebant!

Ob hoc ferunt Hesiodum maximæ omnibus fuisse admirationi, atque tripodis præmium adsecutum. Sed Græca, inquit Piso, ipsa carmina audire cupio: dure enim admodum & incondite ea vertisse videris. Audite ergo ea Græce, inquam, non enim eo inficias, quod ais. Homerus quidem ita:

Μοῦσά μοι ἔννεπ᾽ ἐκεῖνα τὰ μήτ᾽ ἐγένοντο πάροιθεν,
Μήτ᾽ ἔσται μετόπισθεν.

Sic vero Hesiodus:

Ἀλλ᾽ ὅταν ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καναχήποδες ἵπποι
Ἅρματα συντρίψωσιν ἐπειγόμενοι περὶ νίκης.

Porro ne & hoc vos lateat, judicem inter Homerum & Hesiodum Panidem Chalcidis Regem fuisse, res usque in Proverbium deducta ostendit, Πανίδου ψῆφος, *Panidæ suffragium*: quod in eos ferri solet, qui inerudite minusque sapienter judi-

dicant. Pulcre, inquit Piso, & sane simul monstrasti, eadem Homerum & Hesiodum ætate fuisse: sed nihil vetat quominus eadem diligentia reliquam ejus Poetæ vitam, ab Atticis usque litteris (quod ajunt) nobis repetas. Faciam id libenter, inquam, quando parum hoc a nostris hactenus hominibus est, quod sciam, factum. Hesiodi igitur nomen, ut ab hoc incipiam, a caste & pudice loquendo deductum videtur, παρὰ τὸ ἥσιν ᾄδω. Patria vero illi Cuma: quæ urbs inter Æolicas numeratur, ante Lesbum sita. Num tu, inquit Piso, Hesiodum Ascræum fuisse negas? eo enim nomine a Græcis & Latinis vocatur. Recte tu quidem, inquam; sed si me vos audire volueritis, qua id ratione factum intelligetis. Hesiodi quidem patria Cuma fuit Æolica, ut ab Herodoto, Strabone, & Stephano traditum est. Valerius quoque Probus, non alium, quam Hesiodum, intelligere Virgilium autumat, illo carmine:

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.

Quod scilicet Hesiodus, Cumæus primus ætates ex metallis commentus est; ut liquido videtur in eo, quod Ἔργα inscribitur, Poemate. Natus ergo Hesiodus Cumæ, patre Dio Ampelidis filio, qui ex Menalopo Ithagenæo Critonis filio natus erat, matre vero Pycimede: qui utique parentes ære alieno oppressi, cum unde dissolverent nomina non haberent, in Ascram Bœotiæ vicum demigrarunt, ubi est puer Hesiodus educatus, atque inde Ascræus cognominatus. Plutarchus ex Ephori Cumæi sententia refert, Attellen, Mæona, & Dion, Cumæos, fratres fuisse, quorum Dius, quem nauticam exercuisse comperi, ob eam, quam attulimus caussam, in Ascram migravit; ubi (ait) Pycimedem uxorem duxit, ex qua natum ferunt Hesiodum: qui dum paterna armenta puer custodiret, a Musis amatus fuisse perhibetur: quæ illi gustandam laurum dedere: eam enim lauri naturam esse scribit ipsius Poetæ Interpres Proclus, & Isaacius Tzetzes, ut qui eam mandunt, vates fiant: unde & Lycophron Poeta ea causa δαφνηφάγον vatem nominat. Idem & in Cassandra Sophocles. Et noster Tibullus agens de Sibylla:

Vera cano, sic usque sacras innoxia laurus
Vescar, & æternum sit mihi virginitas.

Aphthonius quoque Rhetor, laurum vaticinii ſymbolum eſſe prodidit: quare & laurum ipſam veteres *μαντικὸν φυτὸν* appellavere, hoc eſt, vaticinam plantam. Et Claudianus ait:

-------- Venturi præſcia laurus.

Eadem ratione Apollini ſacra dicitur, qui vaticinii Deus a gentibus eſt creditus. Quin & hujus arboris foliorum crepitu, dum cremantur, antiqui futura (utinam non & hoc noſtro tempore!) prædicebant: quod & Philoſophus Porphyrius credidit. Si enim magno ſtrepitu in igne crepuiſſent, felicitatem ſignificabant: ſi ſiluiſſent, unde & tacita laurus eſt dicta, infelicitatem. Et perinde de illa idem Tibullus:

Laurus ubi bona ſigna dedit, gaudete coloni.

Et Propertius:

Et tacet exſtincto laurus aduſta foco.

Lauri inſuper folia, ſi noctu pulvino ſubjecta fuerint, ſomniorum veritatem conciliare produntur. Dictam autem Daphnen, prodit Euſtathius, a δα particula intenſiva, & φωνέω Verbo, quod *voco* & *cano* ſignificat, quod laurus in igne poſita crepet & ſonet: unde fortaſſe & ipſi nos Latini laurum deduximus, a λα, ut δα, particula intenſiva, & *uro*, ut ſi non voce, at ſignificatu conveniat. Si plura vero de lauro diſcere cupitis, præter ea, quæ a noſtris traduntur, legite Parthenii librum Ἐρωτικῶν, & Conſtantini librum XI. de re ruſtica, quo loco plura leguntur parum Latinis nota. Sed jam a lauro ad Heſiodum revertar, qui lauro guſtata, hauſtaque Hippocrenes unda, repente Poeta prodiit. Id cum alii, tum ipſe de ſe in Theogonia cecinit. Quam rem ita Maximus Tyrius interpretatur; ut Heſiodum putet voluiſſe, quæ ſui ingenii & artis eſſet fœtura, in Deas referre, ut ſe Muſis gratum teſtaretur: ut ſi quis ærariam calleat, Vulcano tamen ſua aſſignet opera. Sed hac de re plura apud ipſum Maximum legetis. Delectatum quidem peregrinationibus Heſiodum legimus, ſicuti & Homerum: quam rem tamen in ſomnium quidam retulere. Alii, quod qui peregre proficiſcuntur, facilius prudentiam ceteraſque virtutes comparare exiſtimantur; quod mores ſcilicet hominum multorum videant. Uxorem quoque duxiſſe proditum eſt Ctemenen Phyſigei filiam, & ex ea Steſichorum Poetam natum. Alii non uxo-

uxorem fuisse, & ob hanc ipsum Hesiodum occisum. Nam cum de se scitatum oraculum Delphos ivisset, eique responsum foret, ut Nemæi Jovis templum vitaret, quod ibi esset vitæ finem habiturus, cumque ea causa Nemeam Peloponnesi fugeret, forte in Oeneonem Locridis pervenit, ubi Nemæi Jovis templum fuerat, ut scribit Thucydides; quo in loco incautus ab Ampiphane, & Ganetore Physigei liberis interemptus est, quod ab eo vitiatam sororem Ctemenen crederent. Cadaver ab iis in pelagum projectum est: id quod cum occulte fecissent, ab Hesiodi cane facinus est proditum, ut scribit Plutarchus. Alicubi tamen non Physigei filii, sed Ganyctoris Naucletii dicti sunt, ut in illo est, cui titulus, Quænam animalia prudentiora, terrestriane, an aquatilia. Pausanias quoque, in Bœoticis, Hesiodi interitum ita recitat: Filii, inquit, Ganyctoris, Ctimenus & Antiphus, in Molycrian ex Naupacto fugerunt ob Hesiodi necem, ubi in Neptunum impii existimati sunt, de illisque est facta quæstio, & cetera quæ ille prosequitur. Mortis Hesiodi causam Plutarchus sic in Dioclis convivio explicat. Cum Milesio, inquit, comite & Troilo puero Hesiodus apud quemdam hospitatus est; noctu Milesius hospitis filiam vitiavit: rei conscium Hesiodum rati puellæ fratres, illum inter pascua cum puero occiderunt, & cadaver in mare projecerunt: pueri vero corpus in littore reliquerunt, a quo & loco nomen inditum. Ferunt, inquit, Deorum voluntate a delphinis cadaver ad littus delatum, ubi tum forte Neptunalia celebrabantur. Id scelus ubi incolæ intellexerunt, interfectorum domos diruerunt; vivos ipsos, qui facinus admiserant, aquis suffocarunt. Alii post diem tertium a delphine in littus cadaver devectum tradunt. Re cognita, occisores navigatione sibi consulere volentes, vi coortæ tempestatis ad unum omnes deprehensi, naufragio periisse dicuntur. Post hæc Hesiodi corpus in Nemea Locridis sepultum perhibetur, qua de re extat Alcæi Poetæ carmen. Dein vero oraculo monente, ejus ossa exportata ab Orchomeniis, & in medio foro, hoc addito elogio, tumulata:

Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήϊος, ἀλλὰ θανόντος
Ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει
Ἡσιόδου, τοῦ πλεῖστον ἐν ἀνθρώποις κλέος ἐστὶν

Ἀνδρῶν κρινομένων ἐν βασάνῳ σοφίης.

Tum Picus puer: Cur non & hos Latine, ut alios versus nobis exprimis? Ut, inquam, noster Piso hos ipse convertat, & ego interea ad memoriam cetera revocem. Et Piso: Faciam equidem, inquit, utcumque potero: & non diu cunctatus, sic cœpit:

Fertilis Ascra quidem patria est: verum morientis
Pugnaces Minyæ condita membra tenent
Hesiodi, cujus supra omnes plurima laus est,
Spectatosque viros judicio sophiæ.

Quos cum Piso recitasset, mirum est quanto sit rubore suffusus. quod animadvertens ego, causamque intelligens, statim subdidi. Legimus & Græcum alterum Pindari, quod ita noster Cælius Latine vertit:

Salve cui pubes, tumulusque bis obtigit unus,
Tu sapis Hesiode, quantum homini sapere est.

Sed & Aldus ita prius:

Hesiode ante alios sophia præstantior omnes,
Salve, bis quondam qui puer atque senex.

Græcum Pindari, si vultis, sic habet:

Χαῖρε δὶς ἡβήσας, καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας
Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

Verum jam tempus est, inquam, ut quæ ab Hesiodo scripta sint, commemoremus, si tamen prius illud unum, quod in Græcis commentariis reperi, attulero super ea in Ἔργοις verba, μήτ' ἐμὸς υἱός. Filius, ajunt, Hesiodi Mnaseas est. Philochorus vero Stesichorum dixit ex Climene: ego tamen legendum puto, Ctemene, ut jam ostendi. Alii tamen ex Archiepe: quo fit ut eos mirer, qui scribunt, Hesiodum præter Stesichorum & filiam habuisse Mnaseam nomine, quam Archiepen vocant alii. Porro sexdecim Hesiodi legitima feruntur volumina. in primisque Theogonia, a Philosopho Zenone inter alios interpretata. Deinde Ἔργα καὶ ἡμέραι, id est, *Opera & Dies*. In quo opere de re rustica præcepta tradit ad Persen fratrem, quem & ipsum Poetam aliqui scribunt. Sunt & qui putent, Ἠοίας μεγάλας, sic vocata carmina, Hesiodi esse; ut Eunapius Græcus historicus. & in Bœoticis Pausanias: quo loco & alia Hesiodi opera commemorat, de quibus jam ante plane meminimus. Post

hæc

hæc Aſtronomica ſcripſit, tum Hypothecas, quas tamen Fabius Quintilianus, ex Ariſtophanis Grammatici ſententia, Heſiodi eſſe negavit. At vero Ariſtoteles & Grammatici nonnulli, ut Heſiodi legitimum opus, in medium afferunt. Scripſit item Heroum & Heroidum Genealogias: ad hæc & de mulieribus: quo in opere Heroidas multas induxit virorum fortium nuptias, ut ait Servius, optaſſe. Dion vero Chryſoſtomus ex Alexandri Macedonis ſententia, Heſiodum ea cauſa de mulieribus ſcripſiſſe dixit, quod Homero concederet, qui de Heroibus ante ſcripſiſſet. Et quidem Lucianus ait, Heſiodum mulierum virtutes concinuiſſe. Tradit Pauſanias, Heſiodum vaticinandi artem ab Acarnanibus edoctum, de ea carmina ſcripſiſſe. Scribit Nicocles, quod & in Pindarum Grammatici notant, Heſiodum primum ῥαψῳδῆσαι, hoc eſt, per rhapſodias carmina ceciniſſe. At vero Heſiodus ipſe, ſe cum Homero in Delo in Apollinem hujuſmodi verſus primum concinuiſſe prodidit, dum ſic cecinit, ut pridie diximus:

In Delo tum primum ego Mæonideſque Poetæ
Luſimus, inque novis carmen cantavimus hymnis,
Auricomum Phœbum, quem Latona edidit alma.

Sed videte, rogo, quam ille dulcius ſuaviuſque ſua lingua:

Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον, ἐγὼ καὶ Ὅμηρος, ἀοιδοὶ
Μέλπομεν, ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδὴν,
Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὃν τέκε Λητώ.

Scripſit item Heſiodus Pelei & Thetidis Epithalamium, ſicuti priore ſermone retulimus. Scripſit & de Dactylis Idæis. Item Epicedium in Batrachum amicum, & quod adhuc legitur Poema inſcriptum Herculis Scutum: quod tamen Ariſtophanes Grammaticus non Heſiodi eſſe ſuſpicatus eſt, ſed cujuſpiam alterius, qui Homericum ſit imitatus. Megacles autem Athenienſis, & Apollonius Rhodius, Steſichoruſque, ipſius Heſiodi legitimum carmen eſſe cenſuere. Scripſit idem de Medicina: qua de re Plutarchus in Sympoſio Dioclis. Heſiodus, inquit, in Medicina plurimum valuit: quod manifeſte apparet, cum de victus ratione, de vini temperamento, de aquarum vi, de balneis, de fœminis, de temporum connexione, deque infantium ſtatu diſſerit. Et hæc quidem Cleodemus medicus apud Plutarchum.

b 3 Sunt

Sunt & qui Hesiodum de herbis scripsisse tradant: quod ex Plinio colligitur. Nec desunt qui Hesiodum scribant auctorem eorum apologorum, qui Æsopi dicuntur. Quæ ego cum dixissem, Vide, inquit Piso, quam paucis carminibus M. Manilius in secundo Astronomicωn ista fere omnia Hesiodi opera complectatur. Nam cum Homerum laudasset, mox ita de Hesiodo subjunxit:

-------- Sed proximus illi
Hesiodus memorat divos, divumque parentes,
Et chaos enixum terras, orbemque sub illo
Infantem, & primum titubantia sidera corpus,
Titanas juvisse senis cunabula magni,
Et sub fratre viri nomen, sine fratre parentis,
Atque iterum patris nascentem corpore Bacchum,
Omniaque immenso volitantia corpora Mundo.
Quin etiam ruris leges cultusque rogavit,
Militiamque soli, quod colles Bacchus amaret,
Quod fœcunda Ceres campos, quod Pallas utrumque,
Atque arbusta vagis essent quod adultera pomis,
Sylvarumque Deos sacrataque numina nymphas;
Pacis opus, magnos naturæ condit in usus...

Cum recitasset hos versus Piso: Si velim, inquam ego, quæcumque omnia de Hesiodo legi, vobis in præsentia recensere, in longum nimis noster sermo procederet: quædam tamen haud indigna relatu nequaquam præteribo. Scribit in primis Dialogum Lucianus, qui Hesiodus inscribitur, in quo Hesiodum ipsum de se multa narrantem inducit, eumque ipse, ut solet, irridet. Sunt & inter Græca Epigrammata in Hesiodum multa. Exstat & apud Græcos Proverbium de iis, qui superseneſcunt, Hesiodia senectus: de quo & Pindari distichon legitur, quod ante ab Aldo & Cælio nostro interpretatum attulimus. Pythagoram scribit Philosophus Hieronymus, cum ad inferos descendisset, Hesiodi animam vidisse ad columnam æream suspensam adstrictamque adeo, ut stridere videretur, & cum ea Homeri quoque animam serpentibus undique incinctam; ea videlicet solummodo causa, quod de Diis falsa suis carminibus confinxissent. Quare factum puto, ut Ponticus Heraclides contra Homeri calumniatores librum illum ediderit, qui est inscriptus, Allegoriæ in iis, quæ de

Diis

Diis ab Homero dicuntur, & responsiones in ejus calumniatores. Videri enim, inquit, posset Homerus, Salmoneus, vel Tantalus, immoderatam atque intemperatam linguam habens, si quæ de Diis cecinit, sub alia significatione, non intelligerentur. Et quidem de Homero Heraclides, quod & de aliis Poetis bonis, ut hesterna die diximus, intelligi potest. Sed tametsi excellentis ac prope divini ingenii fuerit Hesiodus, non tamen ideo obtrectatoribus illum caruisse accepimus; siquidem iniquas adversum eum controversias exercuisse Cercopem legimus; in tantum excellentissimus quisque aliquo detractore est vexatus. Homerus quidem, ut Zoilum mittam, a Siagro Poeta lacessitus, Pindarus ab Amphimane Coo, Simonides a Timocreonte. Nec Virgilio Horatioque nostris defuere Parones, Mævii, Bavii, atque Suffeni, aliique, de quibus in nostris his sermonibus sparsim, ut feret locus, plura dicemus. Sed & hoc Homeromastigum genus nostro hoc tempore non minus, quam pridem, viget. Plures quidem nunc Critici & Zoili, quam versificatores & Poetæ. At de Hesiodo jam satis.

HESIODI VITA

E Fulvii Urfinii Elogiis defcripta.

HEfiodum Dio Patre, & Pycimede matre natum Olympiade prima, LX. ante Romam conditam annis floruiffe, ex fcriptoribus cum Græcis; tum Latinis colligimus. Patria illi Cuma, Æolicarum urbium una, ut Herodotus & Strabo annotarunt. Inde autem ære alieno oppreffum patrem Dium migraffe ferunt, Afcramque Bœotiæ vicum petiffe; a quo Afcræum deinde Hefiodum dictum. Ejus mortem, cum fenex admodum effet, recitat Plutarchus in Dioclis convivio. Proverbium inde factum, Hefiodea fenectus. Hefiodo ftatuam in publico Conftantinopolino gymnafio, quod Zeuxippi dicebatur, ex ære pofitam fuiffe, intelligimus ex his Chriftodori verfibus in lib. 5. Epigrammatum Græcorum:

Ἡσίοδος δ' Ἀσκραῖος ὀρειάσιν εἴδετο μούσαις
Φθεγγόμενος, χαλκὸν δ' ἐβιάζετο θυάδι λύσσῃ
Ἔνθεον ἱμείρων ἀνάγειν μέλος.

Quos Laurentius Gambara Brixianus ita in Latinum tranftulit:

Hefiodufque choros Afcræus ftabat agreftes
Inter, Hamadryadum media fublimis in aula:
Ærea & effigies fundebat ad æthera carmen.

Paufanias quoque in Bœoticis Hefiodo ftatuam æream a Thefpienfibus in urbis foro pofitam fuiffe fcribit: qui & aliam Hefiodo ftatuam in templo Jovis Olympici collocatam narrat in rerum Eliacarum libro 1. De Hefiodo Vellejus lib. 1. Hujus temporis æqualis Hefiodus fuit circa centum viginti annos diftinctus ab Homeri ætate, vir perelegantis ingenii, & molliffima dulcedine carminum memorabilis: otii quietifque cupidiffimus, ut tempore tanto viro, ita operis auctoritate proximus, qui vitavit ne in id, quod Homerus, incideret; patriamque & parentes teftatus eft; fed patriam, quia multatus ab ea erat, contumeliofiffime.

DE

DE
HESIODI ÆTATE.

Ex Johannis Gerhardi Vossii libro de Poetis Græcis Cap. II.

SIc statuimus nihil nunc antiquius habere Græcos poematis Homeri & Hesiodi, sed quando hi vixerint, Veteres ipsi certant incerti. Hesiodum multo juniorem Homero (*quem vixisse Olympiadum initio, vel paullo post, Romuli nempe temporibus, paucis ante ostenderat*) Cicero putavit. Uti & Porphyrius ac Solinus, quorum ille annis C, hic CXXX post Homerum vixisse existimat. Alii eo quod simplicior sit, antiquiorem fuisse conjectant. Plurium vero opinio est fuisse æqualem. Ut Varro in primo de Imaginibus, teste Agellio, Plutarchus V. Symposiacῶn & VII. Sapientum convivio, item Philostratus. In eo dissensu ob plurium consensum, & quæ de certamine Homeri ac Hesiodi prodita sunt, maluimus nos aggregare iis, qui aliquo tempore simul vixisse existimant. Non multum abit quod apud Cyrillum legas floruisse Hesiodum paullo ante primam Olympiadem, regnante in Latio Proca Sylvio, vel quod alii floruisse dicunt Olymp. IV., ut est apud Eusebium in Chronicis. Apud quem etiam legas ad præcedentem Olympiadem floruisse tum Eumelum Poetam, qui Bugoniam & Europam scripsit. Fuerint igitur & Hesiodus & Eumelus æquales. Nec multum abit Tzetzes, qui Hesiodum refert ad Olymp. XI. Operæ vero est attendere ad id, quod Hesiodus ipse scribat, sua ætate Arcturum ἀκρόνυχον in Bœotia exortum fuisse VIII. die Martii. unde Poetæ hujus ætas in tantum saltem possit colligi, ut error si quis sit, saltem intra 70. annos sit constitutus, sicuti observat Jos. Scaliger in Eusebianis animadversionibus, num. MCCLV.

Ex

Ἐκ τῶν Σουίδα.

ΗΣίοδος Κυμαῖος, νέος δὲ κομισθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς Δίου, καὶ μητρὸς Πυκιμήδης, ἐν Ἄσκρῃ τῆς Βοιωτίας. Γενεαλογεῖται δὲ εἶναι τοῦ Δίου τοῦ Ἀμπελίδου τοῦ Μελανώπου. ὅν φασί τινες τοῦ Ὁμήρου προπάτορος εἶναι πάππον, ὡς ἀνεψιαδοῦν εἶναι Ἡσιόδου τὸν Ὅμηρον. ἑκάτερον δὲ ἀπὸ τοῦ Ἄτλαντος κατάγεσθαι. ποιήματα δὲ αὐτοῦ ταῦτα, Θεογονία, Ἔργα καὶ Ἡμέραι, Ἀσπὶς, Γυναικῶν κατάλογος ἐν βιβλίοις έ. Ἐπικήδειος εἰς Βάτραχόν τινα ἐρώμενον αὐτοῦ. Περὶ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων, καὶ ἄλλα πολλά. Ἐτελεύτησε δὲ ἐπιξενωθεὶς παρ' Ἀντίφῳ καὶ Κτιμένῳ· οἳ νύκτωρ δόξαντες ἀναιρεῖν φθορέα ἀδελφῆς ἑαυτῶν, ἀνεῖλον τὸν Ἡσίοδον ἄκοντες. ἦν δὲ καὶ Ὁμήρου κατά τινας πρεσβύτερος· κατὰ δὲ ἄλλους, σύγχρονος. Πορφύριος καὶ ἄλλοι πλεῖστοι νεώτερον ἑκατὸν ἐνιαυτῶν ὁρίζουσι.

Ex Suida.

HEsiodus Cumæus. Ceterum a pâtre Dio & Pycimede ejus matre, in Afcra, translatus eo, vixit. Genus ac familiam illius ab Ampelide Dio, Melanopi filio deducunt: Quem nonnulli Homeri abavum fuiffe volunt, ut Hefiodi confobrini filius fuerit Homerus. Utrumque autem ab Atlante volunt oriundum effe. Ejus autem hæc funt poemata: Opera & Dies, Scutum, Mulierum Catalogus, libris quinque. Epicedium Batrachi, quem in deliciis habuit. De Dactylis Idæis. Alia item multa. Obiit autem, cum ad Antiphum & Crimenum hofpes divertiffet. Qui cum noctu fororis fuæ ftupratorem tollere fe exiftimarent, Hefiodum ignari fuftulere. Fuit autem Homero, ut quibufdam videtur, antiquior. Alii eadem tempeftate vixiffe autumant. Porphyrius, & alii, centum omnino poft annis floruiffe tradunt.

Ἐκ τῶν Διονυσίου τοῦ Ἁλικαρνασσέως.

ΗΣίοδος μὲν γὰρ ἐφρόντισεν ἡδονῆς, καὶ ὀνομάτων λειότητος, καὶ συνθέσεως ἐμμελοῦς.

Ex Halicarnaffenfi Dionyfio.

HEfiodo autem magna voluptatis fuit cura, tum æquabilem dictionem accuratamque amat compofitionem. Vel-

Vellejus Paterculus Hist. lib. I.

HUjus temporis æqualis Hesiodus fuit, circa CXX. annos distinctus ab Homeri ætate, vir perelegantis ingenii, & mollissima dulcedine carminum memorabilis, otii quietisque cupidissimus, ut tempore tanto viro, ita operis auctoritate proximus; qui vitavit, ne in id, quod Homerus, incideret; patriamque & parentes testatus est; sed patriam, quia multatus ab ea erat, contumeliosissime.

Fabius lib. X.

RAro assurgit Hesiodus, magnaque pars ejus in nominibus est occupata; tamen utiles circa præcepta sententiæ, lenitasque verborum & expositionis probabilis: daturque ei palma in illo mediocri genere dicendi.

Ἀλκαίου εἰς τὸν αὐτόν.

Λοκρίδος ἐν νέμεϊ σκιερῷ νέκυν Ἡσιόδοιο
Νύμφαι κρηνιάδων λοῦσαν ἀπὸ σφετέρων,
Καὶ τάφον ὑψώσαντο. γάλακτι δὲ ποιμένες αἰγῶν
Ἔρραναν, ξανθῷ μιξάμενοι μέλιτι.
Τοίην γὰρ καὶ γῆρυν ἀπέπνεεν, ἐννέα Μουσῶν
Ὁ πρέσβυς καθαρῶν γευσάμενος λιβάδων.

DA-

DANIELIS HEINSII

IN HESIODUM

EPIGRAMMATA.

Δήμητερ τρίλλιστε, σὲ μὲν πολυγηθέα καρπὸν
    Ἀλδαίνειν σοφίης εἰκὸς, ἅτε σταχύων.
Τὸν μὲν παῖς Δίοιο καὶ ἀγχινόου Πυκιμήδης,
    Ἄσκρης ἐνναέτης, οἶδεν ἀμησάμενος.
Ζεῦ γὰρ ὕπο τρεφθεὶς μεγαλώνυμε, χειρὶ δ' ἐχέτλην
    Τῇ μὲν ἀερτάζων, τῇ δὲ μέγα δρέπανον,
Ἄρτόν τ' ὀκτάβλωμον, ἀνηκέα λιμὸν ἀμύνειν,
    Παντοίης κορυφὴν δρέψατ' ἀπ' ἰδμοσύνης.
Τῶν δέ σοι ἀγλαόκαρπα θαλύσια δῶκε κομίζειν,
    Μελπόμενος γλυκερῆς ἔργα γεηπονίης·
Σωφροσύνην δ' ἐδίδαξε, καὶ ὡς πλέον ἥμισυ παντὸς,
    Ἐκ Μουσέων σοφίης μέτρα διδασκόμενος.
Ἀλλὰ γέρον μάλα χαῖρε, πανόλβιε· σοὶ γὰρ ἔνεγκε
    Πολλὴν καὶ πινυτὴν γαῖα φυτοσπορίην.

In eundem.

Δαφνοφάγος, γλυκύμυθος, ἀνὴρ φίλος οὐρανίδῃσι,
    Γῆς ἀρότας θεῖος δείκνυεν Ἡσίοδος,
Πιερίδων γείτων πολυώνυμος. ὢ πόποι, ὦ Ζεῦ,
    Ἦ γλαφυρῶς ταύτης ὤνατο γειτονίης.

In eundem.

Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ,
    Αἱ σελίδες θείου φαντό ποθ' Ἡσιόδου.
Ταῦτ' ἄρα φρασσάμενος, γλυκερῆς φίλος ἤλυθε Μούσης,
    Γειτονίης αὐτῶν ἔμμορε Πιερίδων.

In eundem.

Ὦ μάκαρ, ὦ ξανθῆς Δημήτερος ἔργα κομίζων,
    Βέλτιστ' Εἰρήνης παῖ, γέρον Ἡσίοδε,
Δαίμοσιν οἷος ἔησθα, νέμων ἐνὶ βένθεσιν ὕλης
    Ποίμνην ἠδ' ἀγέλην τῆς Ἑλικωνιάδος.
Ἔνθά σε βουκολέοντα θεῶν καλὰ τέκνα θεῶντο,
    Πηκτίδι σῇ φίλην τερπόμενον κραδίην·
Ἤ τάχα πεμπάζοντα βόας, καὶ μηκάδας αἶγας,
    Ἤ τάχα καὶ λεπτοὺς πηγνύμενον δόνακας,
Ἔν τε πόης λαλαγεῦντα, καὶ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν,
    Οἷα φιλεῖ λιγυρῶν ἔθνεα μυλονόμων.
Καί τοι σκῆπτρον ἔδον Μουσέων βασιλῆα γενέσθαι,
    Αὐτοφυοῦς θεῖον σῆμα δαημοσύνης.
Χαῖρε, πάτερ, ποίδεσσι, καὶ ἵλαος ἄμμι γένοιο,
    Αἰπόλε μὲν πρότερον, νῦν δ' ἄρ' ἀοιδοπόλε.

In eundem.

Ὑψαγόραν ποτ' ἀοιδὸν ἀναζητοῦντος Ἄρηος,
    Ἡ φύσις ἀρχαῖον δείξατο Μαιονίδην·
Δεινὸς Ἄρης μέγ' ἔχαιρε, καὶ οἱ πολέμους τε μάχας τε
    Κέκλετο, καὶ δῖον μελπέμεν Αἰακίδην.
Τοῦ δ' ἄρα γινομένοιο πάλαι κλύε πότνια Δηώ,
    Βῆ δ' ἴμεν ὑψηλῆς ἄγκεα Πιερίης.
Ἔνθ' ἄρα οἱ κλυτότοξος ἐναντίος ἦλθεν Ἀπόλλων,
    Ὦκα μάλ' Ἀσκραῖον δείξατο δ' Ἡσίοδον,
Ἡσίοδον φιλόμυθον, ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
    Γεινόμενον, Μουσῶν ἄγχ' Ἑλικωνιάδων.
Ὣς ὁ μὲν ἦδε μόθον Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
    Καὶ προτέρων ὁρμὰς καὶ μένος ἡμιθέων·
Αὐτὰρ ὁ γῆς ἀρότους, καὶ ἀρηρότα τοῖσι μάλιστα
    Ἐκ Διὸς οὐρανίου σήματα, τάς τ' ἔριδας.
Ὣς ἐρίδων μεγάλων δισσῶν ἀνὰ γαῖαν ἐουσῶν,
    Ὃς γ' ἐπιμωμητὴν ἤνεεν, ὃς δ' ἀγαθήν.

In eundem.

Χαῖρε θεῶν Ἀσκραῖε σοὶ ὑρανὸν ἀρυῦ ἔχυσι
Μήδεα καὶ πλήθη καὶ γένος ἐξανύσας.
Μυσάων ὑποφῆτα παλαιγενὲς. ἦτοι ἔκλυθες
Πολλὰ πάτερ θυμῷ δήνεα καὶ πραπίδας,
Τείρεα πάντα μαθὼν, σάπερ ὑρανὸς ἐστεφάνωται,
Καὶ Κρονίδυ βυλὰς, καὶ φάος ἠελίυ,
Τλῶσι Σεληναίης λιπαρὴν φλόγα, μαῖαν ἀρύρης,
Ἀγλαὸν ἀρχαίης σῆμα φυτοσπορίης.
Ἀρκάδες ἱλήκοιτε: μόνος προσέληνος ἔεσκε
Πάντα Σεληναίης γνὺς πόρον Ἡσίοδος.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ,

De quorundam verſuum dimenſione, nec non de aliis.

NOn *contracta legenda ſunt ceu contracta, metro id poſtulante*. Verbi gratia. ε. 5. ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει. Hic prius ῥέα proferendum ῥᾶ. ε. 30. ὤρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε. Hic metrum poſtulat, ut pro νεικέων dicas νεικῶν, & pro Jonico ἀγορέων, ἀγορῶν. Jones nimirum non contrahunt: Et pro νείκεα in dimenſione (quam alii ſcanſionem vocant) legendum νείκη. In dimenſione inquam, ſecus non. ε. 109. χρύσεον μὲν πρώτιστα μέν&. Legendum hic χρυσῦν. & ſic in aliis. ε. 129. ἶσα, ubi τὸ ἄλφα per ſe breve in cæſura producitur. Cæſura vocalem reddit ancipitem. Sic Ovid. *Si nihil attuleris, ibis Homere foras*: ubi ultima in *attuleris* propter cæſuram eſt anceps. *Sic* α. 5. εἶδεί τε μεγέθει τε, ubi prius τε producitur, & eſt quaſi cæſura; τε enim prius, cum εἶδει cohæret, tanquam pars illius vocis conjunctæ. α. 458. pro ἡρακλῆϊ lege, ſcil. in dimenſione, ἡρακλεῖ. ϑ. 93. pro μυσάων, lege μυσῶν, pro ἀϊδῆα, lege ἀϊδῆ, nimirum in dimenſione. Secus *Joniſmus* paſſim retinendus, & ſingula legenda, ſicut ſunt ſcripta. ϑ. 169. pro κυπρογένειαν, lege κυπρογενῆ. Sed inquies, cur ita legimus? Reſp. Poetarum morem

rem eſſe, ut vocem perſpicue proponant, dimenſionem lectori relinquentes. Sic ἰλιάδ. α. 1. πηληϊάδεω ἀχιλῆος. Hic non legendum πηληϊάδεω, ſed πηληϊάδου, vel πηληϊάδω per ſyncopen τοῦ ἐψιλοῦ. Scilicet tanta eſt Poetarum licentia, ut pro πηλείδης, ου, ὁ, (ὁ υἱὸς τοῦ πηλέως) dicant per Jonicam διαίρεσιν, πηληίδης, ου, ὁ, & per novam τοῦ α epentheſin, πηληϊάδης, ου, ὁ, pro πηληϊάδου. Jonice vero πηληϊάδεω. Tantopere luxuriantur αἱ διάλεκτοι, adeo ut idcirco Græcanica ſeu Graja Poeſis omnium facillima, & Poeta judice, Muſas videatur habere faventiores. Tum obſervandum Heſiodum uſum eſſe Dialecto Jonica, & quæ illi dialecto propria ſunt, accurate e Grammaticis petendum, ex. gr. α mutant in η, dativum pl. formant a nominativo plurali, ἔργοιο, pro ἔργου. rejiciunt fere ubique augmenta Verborum, & alia ſimilia, quæ uſu facilius quam præceptis addiſcuntur.

Tum in Indice brevitatis ergo literis quibuſdam uſi ſumus, ut p. præteritum deſignat. a. aoriſtum, f. futurum. m. medii. f. g. fœminini generis. ε. ἔργα καὶ ἡμέρας deſignat. α. ἀσπίδα, ſeu ſcutum. θ. θεογονίαν.

NO-

N O T U L Æ

In Theogoniam Hesiodi.

ΘΕογονία) Sic inscribitur descriptio generationis Deorum; nimirum γεννητῶν. Nam erant alii ἀγέννητοι, ut docet *Hesiodus*, ab initio Poematis. Dicitur *Abaris* Hyperboreus vates scripsisse Θεογονίαν καταλογάδην, *prosa oratione Generationem Deorum ;* quod forte additur, discriminis causa, ne Hesiodea intelligeretur. Vide *Suidam*, in *Abaris*. Si *Herodoto* credimus, *Homerus* & *Hesiodus* inventores fuere Theogoniæ, antea Græcis ignotæ. Sic enim loquitur Lib. II. c. 53. Ὅθεν δὲ ἐγένετο ἕκαστος τῶν θεῶν, εἴτε ἀεὶ ἦσαν πάντες, ὁκοῖοί τε τινὲς τὰ εἴδεα, οὐκ ἠπιστέατο μέχρι οὗ πρώην τε καὶ χθὲς, ὡς εἰπεῖν λόγῳ. Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μευ πρεσβυτέρους γενέσθαι, καὶ οὐ πλέοσι. Οὗτοι δέ εἰσι οἱ ποιήσαντες ΘΕΟΓΟΝΙΗΝ Ἕλλησι, καὶ τοῖσι Θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες, καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες, καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντες. *Unde autem singuli Deorum exstiterint, anve cuncti semper fuissent, aut qua specie, hactenus ignoratum fuerat, nisi nuper atque heri, ut sic dicam. Nam Hesiodus atque Homerus (quos quadringentis non amplius annis ante me opinor fuisse) finxerunt Græcis Theogoniam, Diis cognominibus datis, divisisque honoribus & artibus inter illos, & descriptis illorum formis.* At ubique *Homerus* & *Hesiodus* quasi jam nota illa describunt, nec videntur ornasse nisi circumstantiis nonnullis. Sane numquam homines aliter de Diis sentientes eos tulissent talia de iis blaterantes, qualia habent. Interim liquet ex hisce verbis, *Theogoniam* vere esse *Hesiodi*, quamvis nonnulli dubitarint, ut docet *Pausanias* in Bœoticis, sive Lib. IX. p. 581.

ΗΣΙΟ-

Η'ΣΙΟ'ΔΟΥ τοῦ Α'ΣΚΡΑΙ'ΟΥ

ΘΕΟΓΟΝΙ'Α.

HESIODI ASCRÆI

THEOGONIA.

ἩΣΙΟΔΟΥ τοῦ ἈΣΧΡΕΟΥ

ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' ἀείδειν,
Αἵθ' Ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος μέγα τε ζάθεόν τε,
Καί τε περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ' ἁπαλοῖσιν
Ὀρχεῦνται, καὶ βωμὸν ἐρισθενέος Κρονίωνος,
Καί τε λοεσσάμεναι τέρενα χρόα Περμησοῖο,
Ἢ Ἱππουκρήνης, ἢ Ὀλμειοῦ ζαθέοιο.
Ἀκροτάτῳ Ἑλικῶνι χοροὺς ἐνεποιήσαντο,
Καλοὺς, ἱμερόεντας· ἐπερρώσαντο δὲ ποσσίν·
Ἔνθεν ἀπορνύμεναι, κεκαλυμμέναι ἠέρι πολλῇ,
Ἐννύχιαι στεῖχον περικαλλέα ὄσσαν ἱεῖσαι,
Ὑμνεῦσαι Δία τ' αἰγίοχον, καὶ πότνιαν Ἥρην
Ἀργείην, χρυσέοισι πεδίλοις ἐμβεβαυῖαν,
Κούρην τ' Αἰγιόχοιο Διὸς γλαυκῶπιν Ἀθήνην,
Φοῖβόν τ' Ἀπόλλωνα, καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν,
Ἠδὲ Ποσειδάωνα γαιήοχον, ἐννοσίγαιον,
Καὶ Θέμιν αἰδοίην, ἑλικοβλέφαρόν τ' Ἀφροδίτην,
Ἥβην τε χρυσοστέφανον, καλήν τε Διώνην,
Ἠῶ τ', Ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπράν τε Σελήνην,
Λητώ τε Ἰαπετόν τε, ἰδὲ Κρόνον ἀγκυλομήτην,
Γαῖαν τ' Ὠκεανόν τε μέγαν, καὶ νύκτα μέλαιναν·
Ἄλλων τ' Ἀθανάτων ἱερὸν γένος αἰὲν ἐόντων.
Αἵ νύ ποθ' Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδὴν,
Ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἑλικῶνος ὑπὸ ζαθέοιο.
Τόνδε δέ με πρώτιστα θεαὶ πρὸς μῦθον ἔειπαν,
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο·
Ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα γαστέρες οἶον,
Ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα·
Ἴδμεν δ' εὖτ' ἐθέλωμεν ἀληθέα μυθήσασθαι.
Ὣς ἔφασαν κοῦραι μεγάλου Διὸς ἀρτιέπειαι,
Καί μοι σκῆπτρον ἔδον, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον,
Δρέψασθαι θηητόν. ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν
Θείην, ὥς τε κλύοιμι τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

Καὶ

HESIODI ASCRÆI

DEORUM GENERATIO.

A Musis Heliconiadibus incipiamus canere,
Quæ Heliconis habitant montem, magnumque divinumque,
Et circa fontem nigrum pedibus teneris
Saltant, aramque præpotentis Saturnii,
Atque ablutæ tenero corpore in Permesso,
Aut in Hippocrene, aut in Olmio sacro,
Summo in Helicone choreas duxerunt,
Pulchras, amabiles, fortiterque tripudiarunt pedibus:
Inde concitatæ, velatæ aëre multo
Noctu incedunt, perpulchram vocem emittentes,
Celebrantes Jovemq; ægida tenentem, & venarandam Junonem
Argivam, aureis calceamentis incedentem:
Filiamq; Ægiochi Jovis, caeruleos oculos habentem Minervam,
Phœbumque Apollinem, & Dianam sagittis gaudentem,
Atque Neptunum terram continentem, terræ motorem,
Et Themin venerandam, & nigris oculis Venerem,
Hebemque aurea corona decoram, formosamque Dionem,
Auroramque, Solemque magnum, splendidamque Lunam,
Latonamque, Japetumque, ac Saturnum versipellem,
Terramque, Oceanumque vastum, & Noctem atram:
Aliorumque immortalium sacrum genus semper existentium.
Quæ olim Hesiodum pulchrum docuerunt carmen,
Agnos pascentem Helicone sub divino.
Hoc autem me primum Deæ sermone compellarunt,
Musæ Olympiades filiæ Jovis Ægiochi:
Pastores in agris pernoctantes, mala probra, ventres solum,
Scimus mendacia multa dicere veris similia:
Scimus etiam, quando voluerimus, vera loqui.
Sic dixerunt filiæ Jovis magni veridicæ,
Et mihi sceptrum dederunt, lauri perviridis ramum,
Decerpere mirandum. inspirarunt autem mihi vocem
Divinam, ita ut scirem tam futura, quam præterita:

Καί με κέλονθ' ὑμνεῖν μακάρων γένος, αἰὲν ἐόντων,
Σφᾶς δ' αὐτὰς πρῶτόν τε καὶ ὕστερον αἰὲν ἀείδειν.
Ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρῦν ἢ περὶ πέτρην;
Τύνη Μουσάων ἀρχώμεθα, ταὶ Διῒ πατρὶ
Ὑμνεῦσαι τέρπουσι μέγαν νόον ἐντὸς Ὀλύμπου,
Εἴρουσαι τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα,
Φωνῇ ὁμηρεῦσαι· τῶν δ' ἀκάματος ῥέει αὐδὴ
Ἐκ στομάτων ἡδεῖα. γελᾷ δέ τε δώματα πατρὸς
Ζηνὸς ἐριγδούποιο θεᾶν ὀπὶ λειριοέσσῃ
Σκιδναμένῃ. ἠχεῖ δὲ κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,
Δώματα ἀθανάτων. αἱ δ' ἄμβροτον ὄσσαν ἱεῖσαι,
Θεῶν γένος αἰδοῖον πρῶτον κλείουσιν ἀοιδῇ
Ἐξ ἀρχῆς, οὓς Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ἔτικτον,
Οἵ τ' ἐκ τῶν ἐγένοντο θεοὶ, δωτῆρες ἐάων.
Δεύτερον αὖτε Ζῆνα, θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,
Ἀρχόμεναί θ' ὑμνεῦσι θεαὶ, λήγουσαί τ' ἀοιδῆς,
Ὅσσον φέρτατός ἐστι θεῶν, κράτεϊ τε μέγιστος.
Αὖθις δ' ἀνθρώπων τε γένος κρατερῶν τε γιγάντων
Ὑμνεῦσαι, τέρπουσι Διὸς νόον ἐντὸς Ὀλύμπου,
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο·
Τὰς ἐν Πιερίῃ Κρονίδῃ τέκε πατρὶ μιγεῖσα
Μνημοσύνη, γουνοῖσιν Ἐλευθῆρος μεδέουσα,
Λησμοσύνην τε κακῶν, ἄμπαυμά τε μερμηράων.
Ἐννέα γάρ οἱ νύκτας ἐμίσγετο μητίετα Ζεὺς,
Νόσφιν ἀπ' ἀθανάτων, ἱερὸν λέχος εἰσαναβαίνων.
Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐνιαυτὸς ἔην, περὶ δ' ἔτραπον ὧραι
Μηνῶν φθινόντων, περὶ δ' ἤματα πόλλ' ἐτελέσθη,
Ἥ δ' ἔτεκ' ἐννέα κούρας ὁμόφρονας, ᾗσιν ἀοιδὴ
Μέμβλεται, ἐν στήθεσσιν ἀκηδέα θυμὸν ἐχούσαις,
Τυτθὸν ἀπ' ἀκροτάτης κορυφῆς νιφόεντος Ὀλύμπου,
Ἔνθά σφιν λιπαροί τε χοροὶ καὶ δώματα καλά.
Πὰρ δ' αὐτῇς Χάριτες, καὶ Ἵμερος οἰκί' ἔχουσιν,
Ἐν θαλίῃς· ἐρατὴν δὲ διὰ στόμα ὄσσαν ἱεῖσαι,
Μέλπονται πάντων τε νόμους, καὶ ἤθεα κεδνὰ
Ἀθανάτων κλείουσιν, ἐπήρατον ὄσσαν ἱεῖσαι.
Αἳ τότ' ἴσαν πρὸς Ὄλυμπον ἀγαλλόμεναι ὀπὶ καλῇ,
Ἀμβροσίῃ μολπῇ· περὶ δ' ἴαχε γαῖα μέλαινα
Ὑμνεύσαις· ἐρατὸς δὲ ποδῶν ὕπο δοῦπος ὀρώρει,
Νισσομένων πατέρ' εἰς ὅν. ὁ δ' οὐρανῷ ἐμβασιλεύει,

Et me jubebant celebrare beatorum genus sempiternorum,
Se vero primo & postremo semper decantare.
Sed quo mihi hæc circa quercum, aut circa petram?
O tu, a Musis ordiamur, quæ Jovi patri
Canendo oblectant magnum animum in Olympo,
Memorantes & præsentia, & futura, & præterita,
Vocem inter se aptantes. illarum vero indefessa fluit vox
Ab ore suavis. rident autem domus patris
Jovis valde tonantis, Dearum voce suavi
Dispersa. resonat vero vertex nivosi Olympi,
Domus immortalium. hæ vero immortalem vocem emittentes,
Deorum genus venerandum in primis celebrant cantilena,
Ab exordio, quos Tellus & Cœlum latum genuerunt,
Quique ex his prognati sunt Dii, datores bonorum.
Secundo rursum Jovem, Deorum patrem atque etiam hominum,
Incipientesque canunt Deæ, & finientes carmen,
Quam sit præstantissimus deorum, & imperio maximus.
Porro & hominum genus, fortiumque gigantum
Celebrantes, oblectant Jovis mentem in Olympo,
Musæ Olympiades, filiæ Jovis ægida habentis:
Quas in Pieria Saturnio peperit patri mixta
Mnemosyne, fertilitati Eleutheris imperans:
Oblivionemque malorum, & solatium curarum.
Novem enim ei noctes mixtus est prudens Jupiter,
Seorsim ab immortalibus, sacrum lectum conscendens.
Sed cum jam annus exactus, circumvoluta vero essent tempora
Mensium decrescentium, diesque multi transacti essent,
Ipsa peperit novem filias concordes, quibus carmen
Curæ est, in pectoribus securum animum habentibus,
Paululum a summo vertice nivosi Olympi,
Ubi ipsis splendidique chori, & ædes pulchræ.
Juxta vero eas Gratiæ & Cupido domos habitant,
In conviviis: amabilem autem per os vocem emittentes
Canunt, omniumque leges, & mores venerandos (tes.
Immortalium celebrant, amabilem autem per os vocem emitten-
Istæ tum ibant ad Olympum exultantes voce pulchra,
Immortali cantilena, undique vero resonabat terra atra
Canentibus hymnos: jucundus vero a pedibus strepitus excitabatur
Euntium ad patrem suum. ille autem in cœlo regnat,

Αὐτὸς ἔχων βροντὴν ἠδ' αἰθαλόεντα κεραυνὸν,
Κάρτεϊ νικήσας πατέρα Κρόνον. εὖ δὲ ἕκαστα
Ἀθανάτοις διέταξεν ὁμῶς, καὶ ἐπέφραδε τιμάς.
Ταῦτ' ἄρα Μοῦσαι ἄειδον, ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
Ἐννέα θυγατέρες μεγάλου Διὸς ἐκγεγαυῖαι·
Κλειώ τ', Εὐτέρπη τε, Θάλειά τε, Μελπομένη τε,
Τερψιχόρη τ', Ἐρατώ τε, Πολύμνιά τ', Οὐρανίη τε,
Καλλιόπη θ'· ἡ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.
Ἡ μὲν γὰρ βασιλεῦσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.
Ὅντινα τιμήσουσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο,
Γεινόμενόν τ' ἐσίδωσι διοτρεφέων βασιλήων,
Τῷ μὲν ἐπὶ γλώσσῃ γλυκερὴν χέουσιν ἐέρσην,
Τοῦ δ' ἔπε' ἐκ στόματος ῥεῖ μείλιχα· οἱ δέ νυ λαοὶ
Πάντες ἐς αὐτὸν ὁρῶσι διακρίνοντα θέμιστας
Ἰθείῃσι δίκῃσιν. ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύων,
Αἶψά τε καὶ μέγα νεῖκος ἐπισταμένως κατέπαυσε.
Τοὔνεκα γὰρ βασιλῆες ἐχέφρονες, οὕνεκα λαοῖς
Βλαπτομένοις ἀγορῆφι μετάτροπα ἔργα τελεῦσι
Ῥηϊδίως, μαλακοῖσι παραιφάμενοι ἐπέεσσιν.
Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὡς ἱλάσκονται
Αἰδοῖ μειλιχίῃ, μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν,
Οἵα τοι Μουσάων ἱερὴ δόσις ἀνθρώποισιν.
Ἐκ γὰρ Μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθόνα καὶ κιθαρισταί.
Ἐκ δὲ Διὸς, βασιλῆες. ὁ δ' ὄλβιος ὅντινα Μοῦσαι
Φιλεῦνται· γλυκερή οἱ ἀπὸ στόματος ῥέει αὐδή.
Εἰ γάρ τις καὶ πένθος ἔχων νεοκηδέϊ θυμῷ
Ἄζηται κραδίην ἀκαχήμενος, αὐτὰρ ἀοιδὸς
Μουσάων θεράπων κλέεα προτέρων ἀνθρώπων
Ὑμνήσῃ, μάκαράς τε θεοὺς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν,
Αἶψ' ὅγε δυσφρονέων ἐπιλήθεται, οὐδέ τι κηδέων
Μέμνηται· ταχέως δὲ παρέτραπε δῶρα θεάων.
Χαίρετε τέκνα Διὸς, δότε δ' ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.
Κλείετε δ' ἀθανάτων ἱερὸν γένος αἰὲν ἐόντων,
Οἳ Γῆς ἐξεγένοντο καὶ Οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
Νυκτὸς καὶ δνοφερῆς, οὓς θ' ἁλμυρὸς ἔτρεφε Πόντος·
Εἴπατε δ' ὡς τὰ πρῶτα θεοὶ καὶ γαῖα γένοντο,
Καὶ ποταμοὶ, καὶ πόντος ἀπείριτος οἴδματι θύων,
Ἄστρα τε λαμπετόωντα, καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,

Οἵ τ'

Ipse habens tonitru, atque ardens fulmen,
Vi superato patre Saturno, bene autem singula
Immortalibus disposuit simul, & induxit honores.
Hæc sane Musæ canebant, cœlestes domos tenentes,
Novem filiæ magno e Jove prognatæ:
Clioque, Euterpeque, Thaliaque, Melpomeneque,
Terpsichoreque, Eratoque, Polymniaque, Uraniaque,
Calliopeque: hæc autem præstantissima est omnium.
Hæc enim & reges venerandos comitatur.
Quemcunque honoraturæ sunt Jovis filiæ magni,
In lucem editumque aspexerint a Jove nutritorum regum,
Huic quidem super linguam dulcem fundunt rorem,
Hujus verba ex ore fluunt blanda: cæterum populi
Omnes ad ipsum respiciunt, discernentem jus
Rectis judiciis. hic autem tuto cauteque loquens,
Statim etiam magnam contentionem scite diremit.
Propterea enim reges prudentes, quod populis
Damno affectis in foro res iterum integras restituunt
Facile, mollibus alloquentes verbis.
Incedentem vero per urbem, veluti Deum placant
Reverentia blanda: eminet vero inter ipsos congregatos.
Tale Musarum ingens munus hominibus.
A Musis etenim, & eminus feriente Apolline,
Viri cantores sunt super terram & citharœdi:
Ex Jove vero reges. ille vero beatus, quemcumque Musæ
Amant: suavis ei ab ore fluit vox.
Quod si enim quis luctum habens recenti dolore saucio animo
Tristetur, animo dolens, cæterum Poeta
Musarum famulus res claras priscorum hominum
Laudibus celebraverit, beatosque Deos qui Olympum incolunt;
Statim hic sollicitudinum obliviscitur, neç quicquam dolorum
Meminit: cito enim deflexerunt eum alio dona Dearum.
Salvete natæ Jovis, date vero amabilem cantilenam.
Celebrate quoque immortalium divinum genus, semper existentium,
Qui Tellure prognati sunt, & Cœlo stellato,
Noctεque caliginosa, quosque salsus nutrivit Pontus.
Dicite insuper, ut primum Dii & terra fuerint,
Et flumina, & pontus immensus, æstu furens,
Astraque fulgentia & cœlum latum superne:

Οἵ τ' ἐκ τῶν ἐγένοντο θεοὶ, δωτῆρες ἐάων.
Ὥς τ' ἄφενος δάσαντο, καὶ ὡς τιμὰς διέλοντο,
Ἠδὲ καὶ ὡς τὰ πρῶτα πολύπτυχον ἔσχον ὄλυμπον.
Ταῦτά μοι ἔσπετε Μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
Ἐξ ἀρχῆς, καὶ εἴπαθ' ὅ, τι πρῶτον γένετ' αὐτῶν.
Ἤτοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου·
Τάρταρά τ' ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης,
Ἠδ' Ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Λυσιμελὴς, πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων
Δάμναται ἐν στήθεσσι νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν.
Ἐκ Χάεος δ' Ἔρεβός τε μέλαινά τε Νὺξ ἐγένοντο.
Νυκτὸς δ' αὖτ' Αἰθήρ τε καὶ Ἡμέρη ἐξεγένοντο.
Οὓς τέκε κυσαμένη, Ἐρέβει φιλότητι μιγεῖσα.
Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ
Οὐρανὸν ἀστερόενθ', ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτοι,
Ὄφρ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.
Γείνατο δ' οὔρεα μακρὰ, θεῶν χαρίεντας ἐναύλους
Νυμφέων, αἳ ναίουσιν ἀν' οὔρεα βησσήεντα.
Ἡ δὲ καὶ ἀτρύγετον Πέλαγος τέκεν οἴδματι θῦον,
Πόντον, ἄτερ φιλότητος ἐφιμέρου. αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ εὐνηθεῖσα, τέκ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην,
Κοῖόν τε, Κρεῖόν θ', Ὑπερίονά τ', Ἰαπετόν τε,
Θεῖάν τε, Ῥεῖαν τε, Θέμιν τε, Μνημοσύνην τε,
Φοίβην τε χρυσοστέφανον, Τηθύν τ' ἐρατεινήν.
Τοὺς δὲ μέθ' ὁπλότατος γένετο Κρόνος ἀγκυλομήτης,
Δεινότατος παίδων· θαλερὸν δ' ἤχθηρε τοκῆα.
Γείνατο δ' αὖ Κύκλωπας ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας,
Βρόντην τε, Στερόπην τε, καὶ Ἄργην ὀβριμόθυμον.
Οἳ Ζηνὶ βροντήν τ' ἔδοσαν, τεῦξάν τε κεραυνόν.
Οἳ δή τοι τὰ μὲν ἄλλα θεοῖς ἐναλίγκιοι ἦσαν,
Μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς μέσσῳ ἐπέκειτο μετώπῳ.
Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρα σφέων
Κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώπῳ·
Ἰσχύς τ' ἠδὲ βίη καὶ μηχαναὶ ἦσαν ἐπ' ἔργοις,
Ἄλλοι δ' αὖ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο,
Τρεῖς παῖδες μεγάλοι καὶ ὄβριμοι, οὐκ ὀνομαστοὶ,
Κόττος τε, Βριάρεώς τε, Γύγης θ', ὑπερήφανα τέκνα.

Τῶν

Et qui ex his nati sunt Dii, datores bonorum.
Utque opes diviserint, & quomodo honores distinxerint,
Atque quomodo primum multa juga habentem tenuerint Olympum.
Hæc mihi dicite Musæ, Olympi domos inhabitantes
Ab initio: & dicite quodnam primum fuerit illorum.
Primo omnium quidem Chaos fuit, ac deinde
Tellus lato pectore prædita, omnium sedes tuta semper
Immortalium, qui tenent juga nivosi Olympi,
Tartaraque tenebricosa in recessu terræ spatiosæ:
Atque Amor, qui pulcherrimus inter immortales Deos,
Solvens curas, & omnium Deorum, omniumque hominum
Domat in pectoribus animum, & prudens consilium.
Ex Chao vero Erebusque, nigraque Nox editi sunt.
Ex Nocte porro Ætherque & Dies prognati sunt:
Quos peperit ubi concepisset, Erebo amore mixta.
Tellus vero primum quidem genuit parem sibi
Cœlum stellis ornatum, ut ipsam totam obtegat,
Utque esset beatis Diis sedes tuta semper.
Genuit præterea montes altos, Dearum gratas speluncas
Nympharum, quæ habitant per montes saltuosos.
Atque etiam infrugiferum pelagus peperit æstu furens,
Pontum, absque amore suavi. cæterum deinde
Cœlo concumbens, peperit Oceanum profundos vortices habentem,
Cœumque, Creumque, Hyperionemque, Japetumque,
Theamque, Rheamque, Theminque, Mnemosynenque,
Phœbenque aurea corona insignem, Tethymque amabilem.
Hos vero post natu minimus natus est Saturnus vafer,
Acerrimus inter liberos: floridum autem odio prosequebatur parentem.
Porro genuit & Cyclopes superbum cor habentes,
Brontenque, Steropenque, & Argen forti animo præditum:
Qui Jovi & tonitru dederunt, & fabricarunt fulmen.
Qui sane per alia Diis similes erant,
Unus vero oculus media positus erat fronte.
Cyclopes vero illis nomen e re erat, eo quod ipsorum
Circularis oculus unicus inerat fronti:
Roburque & vires, & molimina erant in operibus.
Alii rursus e Tellure & Cœlo prognati sunt
Tres filii magni, & prævalidi, non nominandi,
Cottusque, Briareusque, Gygesque, superba proles.

Τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο
Ἄπλαστοι· κεφαλαὶ δὲ ἑκάστῳ πεντήκοντα
Ἐξ ὤμων ἐπέφυκον, ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.
Ἰσχὺς δ' ἄπλατος, κρατερή, μεγάλῳ ἐπὶ εἴδει.
Ὅσσοι γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο,
Δεινότατοι παίδων, σφετέρῳ δ' ἤχθοντο τοκῆϊ
Ἐξ ἀρχῆς· καὶ τῶν μὲν ὅπως τις πρῶτα γένοιτο,
Πάντας ἀποκρύπτασκε, καὶ ἐς φάος οὐκ ἀνίεσκε,
Γαίης ἐν κευθμῶνι· κακῷ δ' ἐπετέρπετο ἔργῳ
Οὐρανός. ἡ δ' ἐντὸς στοναχίζετο Γαῖα πελώρη,
Στεινομένη· δολίην δὲ κακὴν ἐπεφράσσατο τέχνην.
Αἶψα δὲ ποιήσασα γένος πολιοῦ ἀδάμαντος,
Τεῦξε μέγα δρέπανον, καὶ ἐπέφραδε παισὶ φίλοισιν.
Εἶπε δὲ θαρσύνουσα, φίλον τετιημένη ἦτορ.
Παῖδες ἐμοὶ καὶ πατρὸς ἀτασθάλου, αἴ κ' ἐθέλητε
Πείθεσθαι, πατρός γε κακὴν τισαίμεθα λώβην
Ὑμετέρου. πρότερος γὰρ ἀεικέα μήσατο ἔργα.
Ὣς φάτο. τοὺς δ' ἄρα πάντας ἕλεν δέος, οὐδέ τις αὐτῶν
Φθέγξατο· θαρσήσας δὲ μέγας Κρόνος ἀγκυλομήτης
Αἶψ' αὖτις μύθοισι προσηύδα μητέρα κεδνήν.
Μῆτερ, ἐγώ κεν τοῦτό γ' ὑποσχόμενος τελέσαιμι
Ἔργον. ἐπεὶ πατρός γε δυσωνύμου οὐκ ἀλεγίζω
Ἡμετέρου. πρότερος γὰρ ἀεικέα μήσατο ἔργα.
Ὣς φάτο· γήθησεν δὲ μέγα φρεσὶ Γαῖα πελώρη.
Εἷσε δέ μιν κρύψασα λόχῳ· ἐνέθηκε δὲ χερσὶ
Ἅρπην καρχαρόδοντα· δόλον δ' ὑπεθήκατο πάντα.
Ἦλθε δὲ Νύκτ' ἐπάγων μέγας Οὐρανός· ἀμφὶ δὲ Γαίῃ
Ἱμείρων φιλότητος ἐπέσχετο, καί ῥ' ἐτανύσθη
Πάντῃ. ὁ δ' ἐκ λοχεοῖο πάϊς ὠρέξατο χειρὶ
Σκαιῇ, δεξιτερῇ δὲ πελώριον ἔλαβεν ἅρπην,
Μακρὴν, καρχαρόδοντα, φίλου δ' ἀπὸ μήδεα πατρὸς
Ἐσσυμένως ἤμησε, πάλιν δ' ἔρριψε φέρεσθαι
Ἐξοπίσω. τὰ μὲν οὔτι ἐτώσια ἔκφυγε χειρός·
Ὅσσαι γὰρ ῥαθάμιγγες ἀπέσσυθεν αἱματόεσσαι,
Πάσας δέξατο Γαῖα· περιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν,
Γείνατ' Ἐριννῦς τε κρατερὰς, μεγάλους τε Γίγαντας,
Τεύχεσι λαμπομένους, δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντας,
Νύμφας θ' ἃς Μελίας καλέουσ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.
Μήδεα δ' ὡς τοπρῶτον ἀποτμήξας ἀδάμαντι

Quorum centum quidem manus ab humeris impetuose moveban-
Informes: capita vero unicuique quinquaginta (tur,
Ex humeris prognata erant, super robustos artus.
Robur autem immensum, validum, ingenti in statura.
Quotquot enim Tellure & Cœlo procreati sunt,
Potentissimi filiorum, a suo vero infestabantur parente
Ab initio. & horum quidem ut quisque primum nascebatur,
Omnes occultabat, & in lucem non emittebat,
Terræ in latebris: malo autem oblectabatur opere
Cœlus. ipsa vero intus ingemiscebat Terra vasta,
Arctata: dolosam vero malamque excogitavit artem.
Statim vero cum procreasset genus cani ferri,
Fabricavit magnam falcem: edixit vero charis liberis.
Dixit autem animum addens, charo mœrens corde:
Filii mei & patris nefarii, si volueritis
Parere, patris malam ulciscemur contumeliam
Vestri. prior enim sæva machinatus est opera. (rum
Sic dixit: illos vero omnes invasit metus, neque quispiam illo-
Et hyemem accedentem, Notique moleſtos flatus,
Qui concitat mare, comitatus Jovis imbrem
Multum, autumnalem: difficilem vero pontum facit.
Sed alia verna eſt navigatio hominibus:
Nempe cum primum quantum incedens cornix
Veſtigium facit, tantum folia homini appareant
Summa in ficu. tum ſane pervium eſt mare.
Verna autem hæc eſt navigatio. non ipſam ego tamen
Probo: neque enim meo animo grata eſt, (tamen & hæc
Quia occaſio ipſius invadenda: ægre quidem effugeris malum. ſed
Homines faciunt ſtultitia mentis.
Pecunia enim anima eſt miſeris mortalibus.
Miſerum eſt mori in fluctibus. Verum te jubeo
Conſiderare hæc omnia in animo quæcunque tibi conſulo.
Ne vero intra naves omnem ſubſtantiam cavas ponas:
Sed plura relinquito: pauciora vero imponito.
Miſerum enim ponti in fluctibus in malum incidere:

Mi-

Δεινὸν δ' εἰ κ' ἐφ' ἅμαξαν ὑπέρβιον ἄχθος ἀείρας,
Ἄξονα καυάξαις, τὰ δὲ φορτί' ἀμαυρωθείη.
Μέτρα φυλάσσεσθαι, καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.
Ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι,
Μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ' ἀπολείπων,
Μήτ' ἐπιθεὶς μάλα πολλά· γάμος δέ τοι ὥριος οὗτος.
Ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβώοι, πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο.
Παρθενικὴν δὲ γαμεῖν, ὥς κ' ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς.
Τὴν δὲ μάλιστα γαμεῖν ἥτις σέθεν ἐγγύθι ναίει.
Πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδών, μὴ γείτοσι χάρματα γήμῃς,
Οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ ληΐζετ' ἄμεινον
Τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο,
Δειπνολόχης· ἥτ' ἄνδρα καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα
Εὕει ἄτερ δαλοῦ, καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκεν.
Εὖ δ' ὄπιν ἀθανάτων μακάρων πεφυλαγμένος εἶναι.
Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον·
Εἰ δέ κε ποιήσῃς, μή μιν πρότερος κακὸν ἔρξῃς.
Μηδὲ ψεύδεσθαι γλώσσης χάριν. εἰ δέ κεν ἄρχῃ,
Ἤ τι ἔπος εἰπὼν ἀποθύμιον, ἠὲ καὶ ἔρξας,
Δὶς τόσα τίννυσθαι μεμνημένος· εἰ δέ κεν αὖθις
Ἡγῆτ' ἐς φιλότητα, δίκην δ' ἐθέλῃσι παρασχεῖν,
Δέξασθαι. δειλός τοι ἀνὴρ φίλον ἄλλοτε ἄλλον
Ποιεῖται, σὲ δὲ μή τι νόον κατελεγχέτω εἶδος.
Μηδὲ πολύξεινον, μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι,
Μηδὲ κακῶν ἕταρον, μηδ' ἐσθλῶν νεικεστῆρα.
Μηδὲ ποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ
Τέτλαθ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων·
Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
Φειδωλῆς, πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης.
Εἰ δὲ κακὸν εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις.
Μηδὲ πολυξείνου δαιτὸς δυσπέμφελος εἶναι,
Ἐκ κοινοῦ· πλείστη δὲ χάρις, δαπάνη τ' ὀλιγίστη.
Μηδέ ποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Χερσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν.
Οὐ γὰρ τοίγε κλύουσιν, ἀποπτύουσι δέ τ' ἀράς.
Μηδ' ἀντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν.
Αὐτὰρ ἐπεί κε δύῃ μεμνημένος ἔς τ' ἀνιόντα.
Μήτ' ἐν ὁδῷ μήτ' ἐκτὸς ὁδοῦ προβάδην οὐρήσῃς·
Μηδ' ἀπογυμνωθείς· μακάρων τοι νύκτες ἔασιν.

Miserum etiam, si quidem in currum prægrande onus imponens,
Axem fregeris, onera vero intereant.
Modum observa: tempus vero in omnibus optimum.
Maturus autem uxorem tuam ad domum ducito.
Neque triginta annis valde multum deficiens,
Neque superans multum: nuptiæ vero tibi tempestivæ hæ.
Mulier autem quatuor decimo anno pubescat, quinto decimo nubat;
Virginem vero ducito, ut mores castos doceas.
Eam vero potissimum ducito, quæ te prope habitat:
Omnia diligenter circum contemplatus, ne vicinis ludibria ducas.
Neque enim muliere quicquam vir sortitur melius
Bona: rursus vero mala non durius aliud,
Comessatrice: quæ virum, licet robustum,
Torret sine face, & crudæ senectæ tradit.
Bene vero reverentiam erga Deos immortales observato.
Neque fratri æqualem facito amicum.
Quod si feceris, ne ipsum prior malo afficias.
Ne vero mentiaris linguæ gratiam. Sin autem cœperit,
Aut verbum aliquod locutus infestum, aut faciens,
Bis tantum punire memineris. Sin vero rursus
Redeat ad amicitiam, pœnam autem velit præstare,
Suscipe. miser namque vir amicum alias alium
Facit: te vero ne quid animo coarguat vultus.
Ne vero multorum hospes, neve nullius hospes dicaris:
Neve malorum socius, neque bonorum conviciator.
Neque unquam miseram pauperiem animi consumptricem homini
Sustineas exprobrare, divorum munus immortalium.
Linguæ certe thesaurus inter homines optimus
Parcæ, plurima vero gratia, si modum servet.
Quod si malum dixeris, forsan & ipse majus audies.
Neque in convivio multorum hospitum sis morosus
De symbolis: plurima enim gratia, sumptusque minimus.
Neque unquam mane Jovi libato nigrum vinum
Manibus illotis, neque aliis immortalibus.
Neque enim illi exaudiunt: respuunt vero etiam preces.
Neque contra Solem versus erectus meito.
Sed ab occasu illius memor ejus rei usque ad ortum.
Neque in via neque extra viam progrediendo meias,
Neque denudatus: Deorum quippe noctes sunt.

Ἑζόμενος δ' ὅγε θεῖος ἀνὴρ πεπνυμένα εἰδώς,
Ἢ ὅγε πρὸς τοῖχον πελάσας εὐερκέος αὐλῆς.
Μηδ' αἰδοῖα γονῇ πεπαλαγμένος ἔνδοθεν οἴκου
Ἑστίῃ ἐμπελαδὸν παραφαινέμεν, ἀλλ' ἀλέασθαι.
Μηδ' ἀπὸ δυσφήμοιο τάφου ἀπονοστήσαντα
Σπερμαίνειν γενεήν, ἀλλ' ἀθανάτων ἀπὸ δαιτός.
Μηδέ ποτ' ἀενάων ποταμῶν καλλίρροον ὕδωρ
Ποσσὶ περᾶν, πρίν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα,
Χεῖρας νιψάμενος πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ.
Ὃς ποταμὸν διαβῇ, κακότητι δὲ χεῖρας ἄνιπτος,
Τῷδε θεοὶ νεμεσῶσι, καὶ ἄλγεα δῶκαν ὀπίσσω.
Μηδ' ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν ἐνὶ δαιτὶ θαλείῃ
Αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν αἴθωνι σιδήρῳ.
Μηδέ ποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν
Πινόντων, ὀλοὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ μοῖρα τέτυκται.
Μηδὲ δόμον ποιῶν, ἀνεπίξεστον καταλείπειν,
Μήτοι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη.
Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιρρέκτων ἀνελόντα
Ἔσθειν, μηδὲ λόεσθαι· ἐπεὶ καὶ τοῖς ἔνι ποινή.
Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν (οὐ γὰρ ἄμεινον)
Παῖδα δυωδεκαταῖον, ὅτ' ἀνέρ' ἀνήνορα ποιεῖ·
Μηδὲ δυωδεκάμηνον. ἶσον καὶ τοῦτο τέτυκται.
Μηδὲ γυναικείῳ λουτρῷ χρόα φαιδρύνεσθαι
Ἀνέρα. λευγαλέη γὰρ ἐπὶ χρόνον ἔστ' ἐπὶ καὶ τῷ
Ποινή. μήδ' ἱεροῖσιν ἐπ' αἰθομένοισι κυρήσας,
Μωμεύειν ἀΐδηλα· θεός νύ τι καὶ τὰ νεμεσσᾷ.
Μηδέ ποτ' ἐν προχοῇ ποταμῶν ἅλαδε προρεόντων,
Μηδ' ἐπὶ κρηνάων οὐρεῖν, μάλα δ' ἐξαλέασθαι·
Μηδ' ἐναποψύχειν. τὸ γὰρ οὔ τοι λώϊόν ἐστιν
Ὧδ' ἔρδειν· δεινὴν δὲ βροτῶν ὑπαλεύεο φήμην.
Φήμη γάρ τε κακὴ πέλεται, κούφη μὲν ἀεῖραι
Ῥεῖα μάλ', ἀργαλέη δὲ φέρειν, χαλεπὴ δ' ἀποθέσθαι.
Φήμη δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥντινα πολλοὶ
Λαοὶ φημίζουσι. θεός νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή.

ΤΕΛΟΣ.

Sedens vero divinus vir, & prudens
Aut ad parietem accedens bene feptæ caulæ,
Neque pudenda femine pollutus intra domum
Focum juxta revelato, fed caveto.
Neque ab ominofo fepulchro reverfus
Seminato progeniem, fed Deorum a convivio.
Nec unquam perennium fluviorum limpidam aquam
Pedibus tranfito, priufquam oraveris afpiciens pulchra fluenta,
Manus lotus amœna aqua limpida.
Qui fluvium tranfierit, malitia vero manus illotus,
Ei fuccenfent Dii, & damna dant in pofterum.
Ne vero a manu Deorum in celebri convivio
Siccum a viridi refeca nigro ferro. (craterem
Neque unquam urceum, ex quo vinum infunditur pone fuper
Bibentium: perniciofum enim in ipfo fatum eft fitum.
Neque domum faciens imperfectam relinquito,
Ne forte infidens crocitet ftridula cornix.
Neque a pedatis ollis nondum luftratis rapiens
Comedito, neque lavator: quia & hifce noxa ineft.
Neque fuper immobilibus locato (non enim bonum eft)
Puerum duodennem: quia virum inertem facit.
Neque duodecim menfium: æquale & hoc eft.
Neque muliebri in balneo corpus abluito
Vir: gravis enim ad tempus eft & in hoc
Pœna. neque in facrificia accenfa incidens,
Reprehende arcana. Deus quippe & hæc indigne fert.
Nec unquam in alveo fluviorum mare influentium,
Neque fuper fontes meito: quin valde evitato.
Neque incacato. id enim nihilo eft melius
Sic facere, gravem vero mortalium evitato famam.
Fama enim mala eft, levis quidem levatu
Facillime, molefta vero portatu, difficilifque depofitu.
Fama vero nulla prorfus perit, quam quidem multi
Populi divulgant: quippe Dea quædam eft & ipfa.

F I N I S.

ANNOTATIONES
IN OPERA ET DIES.

1. Μοῦσαι) Duplicem invocationem ponit: prior hæc ad Musas: posterior (vers. 8.) ad Jovem dirigitur, ut in Perse fratre docendo sit auxiliator.

2. Δεῦτε δὴ) Δὲ legendum monet Eustathius: quem sequitur H. Steph. δὴ mihi magis probatur, & ita omnes legisse interpretes veteres manifestum. Proclum dico, Tzetzen, Moschopulum, & ita MS. Palatinæ Bibliothecæ. Sic Orpheus Hymnorum suorum initio, Μάνθανε δὴ Μουσαῖε.

3. Ὅν τε διὰ) Enumerat pias quasdam sententias de Deo. Porro in ὃν potest intelligi, inquit Tzetzes τρόπον, more Attico, ut sit δι' ὃν τρόπον, quomodo, cur: quod nonnulli interrogative, alii vero absque interrogatione intelligunt. Alii non minus commode exponunt, δι' ὅν, vel καθ' ὃν Δία, secundum quem Jovem gubernantur homines. φατὸς & ῥητὸς differunt, ut apud Latinos loquor & dico. est enim φατὸς, de quo magna fama est. ῥητὸς autem honoratus, & ad certam functionem & dignitatem assumptus.

4. Διὸς) Musarum responsio. vel ut alii volunt, Poeta ipse respondet ceu a Musis edoctus.

5. Ῥέα μὲν) Contractio est in voce ῥέα, ut Iliad. ρ. Virgil. quoque dixit *alvaria* pro alvearia. Vide Guil. Canterum lib. 7. cap. 17. Æsopus (teste Laertio) quum rogaretur quid ageret Deus, respondit: τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ.

9. Κλῦθι) Invocatio ad Jovem. θέμιστας vocat præcepta de moribus. θέμις ἐπὶ θεῶν, δίκη vero ἐπὶ ἀνθρώπων.

11. Οὐκ ἄρα) Duplicem narrat contentionem augendæ rei familiaris; alteram vituperandam, quum per injuriam & scelus cumulantur opes: alteram dignam laude. ἔην, ἦν, pro ἐστὶν, Attice.

15. Οὔ τις τήν γε φιλεῖ) Ostendit non fieri per se, ut hæc contentio tantopere diligatur ab hominibus, cum tamen sit noxia: sed per accidens, quia scilicet non possint discernere a vere expetendis ea, quæ falso boni speciem præ se ferunt: idque naturæ quodam fato.

17. Προτέρην) Lege Πρότερον.

19. Γαίης τ' ἐν ῥίζῃσι) Interpretibus autem, qui verba illa ad Jovem referunt, non ad τὴν ἔριν, nescio quid in mentem venerit.

20. Ἀπάλαμον) Inertem, qui manus nulli operi admovet. παλάμη enim & manum & ipsum opus significat.

24. Ἀγαθὴ δ' ἔρις) Probat artificum inter se æmulationes. Hos duos versus Plato in Lyside, & Arist. 5. Polit. & 2. Rhet. & Galen. ad priorem noxiam contentionem referunt. Plutarchus autem bonæ illi & salutari cum Poeta nostro attribuit.

27. Ὦ Πέρση) Alloquitur fratrem, & jam traditam doctrinam ad ejus emendationem accommodat: eumque dehortatur a contentionibus forensibus, quia infeliciter circa eas versetur, cui singulis temporibus sui proventus non adfuerint.

28. Κα-

28. Κακόχαρτος) Epitheton aptiſſimum inhoneſtæ contentionis, quia malis gaudeat, vel quod mali ea gaudeant. ambigua enim hujus vocis ſignificatio.

30. Ὤρη) Abſque aſpiratione, pro φροντίς. alii legunt ὥρη, id eſt, tempus.

33. Τῆς κε κορεσσάμενος) Conceſſio ironica. Quando ditatus es, & abundas jam re familiari, nec animus a malo revocari poteſt, age per me licebit litiges, quamdiu voles.

34. Σοὶ δ' οὐκέτι δεύτερον) Antiqui, cum ſtricte aliquem cogerent, unam conditionem proponebant, cui adſtringebant eum: cum minus cogerent, ſed plus permitterent, ſecundam ſtatuebant, uſitata formula, τοῦτο δεύτερόν ἐστι: id eſt, ſi primum non placet, licebit & ſecundum. Δεύτερόν ἐστι, nihil aliud eſt, quam ἔξεστιν, & potentiam denotat, ſeu licentiam potius.

38. Αρπάζων) Βασιλῆας vocat præfectos ſingularium urbium, quemadmodum & Homerus.

40. Νήπιοι) Mediocritatem commendat, ac redarguit judices & gubernatores, qui indulgent ſuis cupiditatibus, & a vitæ frugalitate digrediuntur ad πλεονεξίαν injuſtam: & oſtendit primum ipſos ignorare vim & utilitatem juſtitiæ longe potiorem quam injuſtitiæ, & πλεονεξίας, deinde etiam non conſiderare, quanta ſit commoditas tenuis & frugalis victus. Intelligit ergo per ἡμίσυ, medium inter lucrum & damnum, quod eſt juſtum, & honeſtius atque utilius παντὸς, id eſt, toto: quo & ſua pars retinetur, & alterius ad ſe pertrahitur. Plato 5. Polit. & 3. Legum, intelligit de mediocritate in ſtatibus civilibus amplectenda.

42. Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι) Pro ἔκρυψαν, Attice, occuluerunt. Cauſam hujus ignorantiæ oſtendit eſſe voluntatem Dei, qui voluerit abſcondi ab intelligentia communi hominum hanc faciliorem vitæ rationem.

43. Ῥηϊδίως) Illius primæ & melioris vitæ rationem commendat, ita ut oſtendat in ea ſervata poſſe facile quemque non admodum induſtrium, vel unius diei labore efficere, quod ſufficiat in integrum annum.

44. Ὥς τέ σε κ' εἰς) Venuſtiſſimo idiomate, οἱ εἰς ἐνιαυτὸν ἔχοντες dicuntur οἱ πλούσιοι, quibus opponebantur οἱ εἰς ἡμέραν ἔχοντες.

45. Πηδάλιον) Quidam non pro navis gubernaculo, ſed pro ſtiva, ſtivamque pro aratro accipiunt. Solent autem ruſtici inſtrumenta lignea ſuper fumoſa laquearia collocare, ut fumus ea corroboret & induret.

47. Ἀλλὰ Ζεὺς) Longam fabulam recenſet de Pandora, qua docet Jovem iratum abdidiſſe ignem, id eſt, veritatem, quæ penitus abſtruſa eſt in natura: Sed cum Prometheus oſtendiſſet hominibus recta & honeſta, miſit Jupiter Pandoram, id eſt, voluptatem, quę multis rebus opus habet, augetque quotidie ſumptus, & quamvis multis modis abblandiatur, malorum tamen omnium, morborumque cauſa eſt. Promethe s autem, id eſt, ſapiens aliquis monitor vel ratio vetat recipere voluptatem: & Epimetheus, id eſt, ſenſus, non auſcultans rationi, noxiam voluptatem incautus recipit, ſed ſero recepiſſe pœnitet. Nonnulli paulo aliter exponunt. Προμηθεὺς, quaſi προμηδόμενος, proſpiciens, ſolers, induſtrius, eoque nomine ſecundum quoſdam intelligitur vis humani ingenii.

48. Ἀγκυλομήτης) Lege Ποικιλομήτης. Sed alteram præfert Proclus,

auctorem Plutarchum laudans.

50. Κρύψε) Jupiter abscondit ignem, cujus beneficio fere omnes artes exercentur. Vel ignem, id est, mentis vim solertem, ut simplicius viverent homines.

52. Ἐν κοίλῳ) Ignem ferulis optime servari auctor est Plin. l. 13. c. 22.

55. Χαίρεις) Est quædam εἰρωνικὴ approbatio. Pulchre hic notatur ingeniosorum studium, & inconsiderata in successu suorum conatuum lætitia.

58. Ἐὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες) Ea fere est humanarum rerum conditio, ut illæ ipsæ cupiditates, quæ omnis generis mala secum trahunt, nos delectent.

60. Ἥφαιστον) Recenset jam quomodo Pandora condita sit. M. Garbitius sensum hujus fabulæ sic explicat. Hominem prius habuisse sinceriorem & puriorem naturam, simpliciusque vixisse. Postquam vero lascivia mentis ipsius contra voluntatem Dei sibi vendicarit ingenii & cognitionis vim exercitatiorem, inde quasi transformatum in aliam naturam & κρᾶσιν corpoream, & illam quidem excellentem virtutibus cœlestibus, sed quibus corporea fæce contaminatis, mens humana & ipsa ex consortio contaminata, varie abutatur ad lasciviam & luxuriam variarum artium & inventionum : & hoc sub spe & specie boni & vitæ melioris ; sed quam omnem industriam suam posteriore consideratione, & eventu stultorum magistro, experiatur contrariam esse suis effectis, solaque spe reliqua sustentetur in perpetua anxietate animi. Cæterum si de voluptate hæc potius libeat intelligere, dicemus Poetam hic significare, non unum esse genus voluptatis.

62. Ἀθανάταις δὲ θεαῖς εἰς ὦπα εἴσκειν) MS. Palat. Παρθενικῆς, id est παρθένε, ut habent glossæ.

66. Καὶ πόθον) Indefessam cupiditatem superandi alios : vel (secundum quosdam) desiderium vehemens, ut vehementer ametur. γυιοκόρους, vox apta meditationibus & curis, quæ ad satietatem usque arrodunt & absumunt membra : sicut fere videre est ingeniosos pallidos & extenuatos esse. Aliam etiam interpretationem addit Proclus, quam nonnullos assequutos non esse animadverto : γυιοκόρους μελεδῶνας, inquit, ὡς τὰ γυῖα κοσμούσας. τὸ γὰρ κοσμεῖν καὶ καλλύνειν οἱ παλαιοὶ κορεῖν ἔλεγον. de curatura, quæ bonam virginum naturam corrumpit ἐν τῷ καλλωπίζειν, Proclum agere existimo.

67. Ἐν δὲ θέμεν) Impudentiam intelligit, quæ utrique interpretationi, quam attulimus, commode applicari potest. Solent enim homines voluptatibus dediti nullam prorsus honestatis rationem habere : itemque negotiatores & πλεονέκται variis artibus & dolis lucrum captare.

72. Ζῶσε) Hoc potest de bellicis dotibus intelligi.

73. Ἀμφὶ) Πειθὼ Dea eloquentiæ est.

81. Πανδώρην) Quidam (ut ante monuimus) voluptatem exponunt. Alii variam quandam ingenii & mentis industriam propositam, quam admirantur homines tanquam magnum suum bonum, cum sit ipsorum malum. Quod mirum est, cum mens humana tam divinis dotibus sit exornata : sed hoc fit per accidens, vitio naturæ.

82. Ἀλφηστῇς) Intelligit solertes, qui discedunt a simplicitatis rectitudine, & qui curiosi sunt.

85. Οὐδ' Ἐπιμηθεὺς) Mittitur donum ad Epimethea, & recipitur.

Nam

Nam pars inferior cupiditatum & affectionum, quæ est iste Epimetheus, id est, vis animi humani inconsiderata & præceps, non obsequitur plerunque parti superiori meliorique mentis & rationis, quæ est προμηθεὺς animi hominis. Ideoque specie hujus boni deceptus, postea noxium comperiens, sero recepisse pœnitet. Recte ergo Horatius:

---- *Nocet empta dolore voluptas.*

91. Νόσφιν ἄτερ τε) Hæ duę particulę quamvis idem denotent, intendunt tamen hic significationem.

93. Αἶψα) Κακότης hic pro malo externo accipitur.

94. Ἀλλὰ γυνὴ) Proverb. Γυναικῶν ὄλεθροι. Mulier, id est, appetitiva & fœminea affectio, & publica indulgentia δημαγωγικὴ & ψυχαγωγικὴ atque σηροστώδης, unde laxatur disciplina severior. Hinc deinde sublata disciplina tanquam operculo Pandoræ, id est, corporis & animi humani, statim quasi ex antro Æoli venti & impetus affectuum,

Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant

& nusquam non pervadunt, & nihil non moliuntur. Quod tamen spes remansit, significat neminem tam desperatis rebus esse, quin aliquando speret. Ovid.

Vivere spe vidi qui moriturus erat.

98. Πρόσθεν γὰρ) Ratio solius spei in pyxide relictę. Magnum certe Dei donum spes, quo solo affectu homines inter tot ærumnas sustentantur & aluntur, & sine cujus condimento omnia non solum fatua, sed etiam insuavissima sunt.

106. Εἰ δ' ἐθέλεις) Quinque ætates jam fingit: quo commento significat, naturam & mores subinde deteriores fieri, & vitia hominum augeri. Hanc descriptionem ętatum omnes fere Latini Poetæ imitati sunt. ἐκκορυφώσω, significat expositionem ordine factam & integram, neque tamen prolixam.

108. Χρύσεον) Aureum, ut inquit Plato, propter præstantiam naturæ, morum, & vitæ.

112. Ὥς τε) Cognoverat fortasse Poeta aliquid de vita primorum parentum in Paradiso: & ideo respiciens eo, hæc dicit. Θεοὶ δ' ἔζωον. Lege Θεοὶ ζώεσκον. Ut paulo ante v. 90.

115. Ἐν θαλίῃσι) Ἑορταῖς sacris epulis. Græci enim sæpenumero totam τὴν ἐθελακσίαν voce θαλίας designant, quod Latini *Divum epulas* dicunt.

122. Δαίμονες) Hæc omnia non multum discrepant ab iis, quæ sacra Scriptura tradit de bonis Angelis.

126. Πλουτοδόται) Dicti sunt Dii, qui τὴν ἐπικαρπίαν promoverent, & quocunque modo terræ præessent.

127. Δεύτερον) Alterum seculum describit per suas circumstantias, quod Argenteum vocat: & eo deterius priore fuisse ostendit, quo argentum est vilius auro.

130. Ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς) Ἀλλὰ eleganter hoc loco pro ἀλλ' ὅμως ponitur

132. Ἥβης μέτρον) Vocat mediam ætatem, quæ Græcis ἀκμὴ dicitur.

138. Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε) Significat propter impietatem & neglectam religionem mortuos esse: docetque ob id factum, ut non converterentur quidem in divinos spiritus, ut illi priores, sed tamen essent beati, & sub terra degerent.

141. Ὑποχθόνιοι) Lege Ἐπιχθόνιοι.

143. Ζεὺς δὲ) Tertium genus hominum æri comparat, immane, ferox, & omnino Martium. fortasse Gigantes intelligit.

 145. Ἐκ

145. Ἐκ μελιᾶν) Fingit natos ex arboribus, ut significet duritiem & feritatem animorum, utpote qui toto impetu ad armorum & bellicorum instrumentorum usum ferebantur.

146. Οὐδέ τι σῖτον) Non frumentum ederunt, sed primi pecudes laniarunt, & carne vesci cœperunt, quod antea magnum nefas est creditum.

159. Ἀνδρῶν) Quartam ætatem Heroicam appellat, quando Hercules, Jason, & alii Argonautæ vixerunt, qui Heroes vocati sunt, quod virtute communi hominum naturæ præstarent: & semidei, vel quod altero tantum parente Deo nati essent, vel quia in natura humana virtute divina præditi essent.

162. Ἑπταπύλῳ) Ad differentiam Thebarum Ægyptiarum, quę dicebantur ἑκατόμπυλοι, & illarum, quæ dictæ sunt ὑποπλάκιοι, a monte, sub quo sitæ sunt in Cilicia.

163. Μήλων) Id est, propter regnum ac potentiam: nam prisci reges pecoribus divitias suas metiebantur. Eteocles & Polynices filii Oedipi, monomachia de regno decertantes, ambo mutuis vulneribus conciderunt.

170. Ἐν μακάρων) De fortunatis insulis vide Plinium lib. 6. c. 23. & Homerum Odysseæ δ'. Παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην. Hesiodus hoc libro injustitiæ pœnam constituit τὸν Ὠκεανὸν, tanquam necessarium, a quo etiam justos separat: quibus hoc præmium proponit futurum, ut ne Oceano quidem opus habeant. Sicut enim ante ἐπιθυμίαν & τὸ ἐπιθυμητικὸν Oceanus ignotus erat, aut semotus: ita Heroum καὶ τῶν μακάρων animæ ultra Oceanum constituuntur, quod extra ἐπιθυμίαν sint; qua qui carent, ῥᾶστα ζώειν dicuntur.

172. Τρὶς τοῦ ἔτεος) Elegantius Palatinus: Τρὶς ἔτεος, id est, πολλάκις, inquit interpres.

173. Μηκέτ') Descriptio postremę & ferreæ ætatis, quæ moribus est pessimis, impiis & depravatissimis, vitæque cursu calamitosissimo. vox ὤφελον usurpatur adverbialiter significatione optandi, & tamen formatur, ut verbum, tribus personis.

183. Οὐδὲ ξεῖνος) Eleganter hunc locum expressit Ovid.

---- Non hospes ab hospite tutus,
Non socer a genero, fratrum quoque gratia rara est.

186. Βάζοντ') Ita MS. Palat. βάζοντε ἀντὶ τοῦ λάζοντες, dualis pro plurali, inquit Tzetzes: ut apud Homer.

Ἀιδὼς ὦ Λύκιοι, πόσε φεύγετε· νῦν θοοί ἐστε.

Alii, βάζοντες ἐπέεσσι, & ita legisse videtur Moschopulus, qui alias in grammaticis istis observationibus nimius est. alii ἔπεσσι.

187. Θεῶν ὄπιν.) Ὄπιν Poetæ usurpant pro intuitu, & præcipue Dei, & hominum in imperio constitutorum: hinc pro gubernatione divina: ex hoc pro metu, reverentia, & cultu. Hinc ergo illi erunt protervi, quia nulla reverentia erga Deum, nec parentes præditi sint.

188. Γηράντεσσι) Athenis capitale fuit θρεπτήρια non persolvere parentibus.

189. Χειροδίκαι) Violenti, quibus jus est in manibus, qui neque jus neque leges norunt.

191. Ὕβριν) Pro ὑβριστὴν, ut Latinis *scelus* pro scelesto.

195. Ζῆλος) Jam redit ad primam propositionem de litibus. Postea quam vero præclare affectum invidiæ epithetis suis descripsit, fingit Pudorem & Nemesim Deas reliquisse terras, id est, nec pudore bonos absterreri amplius a tur-

turpitudine, neque improbos metu vindictæ. Nemesis enim hic significat justitiam, quæ ulciscitur malefacta flagitiosorum. Locus hic vere philosophicus etiam a Platone in Protagora tractatus fuit.

199. Ἵππον) MS. Pal. Ἵππην.

202. Νῦν δ' αἶνον) Narrat apologum, quo notat potentiorum mores adversus inferiores. αἶνος fabulam ejusmodi significat quæ figurate & tecte contineat admonitionem seriam & gravem, & ex usu vitæ petitam.

203. Ἀηδόνα) Per Lusciniam intelligit doctos homines & sapientes. vocat hanc aviculam ποικιλόδειρον, gutture vario, propter soni & vocis varietatem.

207. Δαιμονίη, τῇδ' εἶς) Tyrannica vox, plane proverbialis, de alterius vita pro libidine statuentis.

210. Ἄφρων) Epiphonema seu ἐπιμύθιον hujus fabulæ, quod monet non esse reluctandum potentioribus.

213. Ὦ Πέρση) Primum præceptum, quo fratrem ad justitiam colendam, & injustitiam vitandam adhortatur. ὕβριν opponit justitiæ, quia pro injustitia universali hæc vox usurpatur: quamvis tamen sæpius accipiatur pro insolentia, quæ comitatur divitias.

218. Παθὼν) Proverbialis locutio, quæ significat miserrimam esse prudentiam, quæ ex malis nostris perdiscitur.

219. Αὐτίκα) Commoratur in collatione justitiæ & injustitiæ, ut hominibus metum incutiat ne contra justitiam faciant. Per ὅρκον intelligit omnem fidei violationem: per δίκας σκολιὰς, lites iniquas quæ falso intenduntur per calumnias & fraudes.

218. Ῥόθος) Tractus violentus, quo justitia dicitur coacta, pro fraudibus accusantium, & judicum.

222. Ἡ δ' ἕπεται) Subintelligendum fortassis κατὰ ἤθεα, id est, cœtus, conventus, statuta, & alia quæ sunt in consuetudine civili.

225. Οἳ δὲ δίκας) Eruditissime insignia justitiæ præmia & commoda enumerat. Eadem fere recenset Homerus in clypeo Achillis.

231. Θαλίης) Uterque Palat. v. 24. vet. c. Palat. Ἀπήμονα, quemadmodum & Eustathius.

240. Πολλάκι) Hæc sententia totidem fere verbis est in Ecclesiaste: *Sæpe universa civitas mali viri pœnam luit*. ἐπαυρεῖν, dicitur luere peccata.

246. Ἢ τῶν γε) Hæc & similia procul dubio ab Hebræis, & doctrina Mosis & Prophetarum desumpta sunt, apud quos crebræ sunt hujusmodi comminationes.

251. Τρίβειν) Emphasis hujus vocis significat ejusmodi odio inter se mutuo exasperari homines, ut potentior impotentiorem plane conterat, & ad nihilum redigat.

261. Βασιλῆων) Synizesis τοῦ η καὶ τοῦ ω. in Palat. supra ῃ adscriptum erat ι.

263. Ταῦτα) Principes dehortatur ab injustitia tribus peculiaribus argumentis, quorum primum est

265. Οἷ αὐτῷ) Quæ sententia mire convenit cum ista,

Incidit in foveam quam fecit.

Alterum, v. 22. a prudentia & animadversione divina. Tertium, v. 24. ab absurdo, & indignitate rei.

274. Ὦ Πέρση) Denuo fratrem ad justitiam colendam adhortatur, argumento sumpto a natura hominis.

286. Σοὶ δ') In sequentibus Poeta laboris & industriæ fructus, incommoda vero & opprobria ignaviæ variis argumentis declarat.

287. Κα-

287. Κακότητα) Hic pro malo interno accipitur.

289. Τῆς δ') Argumentum a natura virtutis. Ita enim laborem proponit, ut conjungat cum virtute & justitia. Hunc locum imitatus est qui literam Pythagoræ descripsit.

293. Οὗτος) Tria hominum genera describit. Livius in Fabio & Minucio hunc locum pene ad verbum expressit. Sæpe ego audivi, milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat quod in rem sit: secundum eum qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi ingenii esse.

300. Φιλέῃ δὲ ἐϋστέφανος) Alii: Δή σ' ἐϋστέφανος.

304. Κοθούροις) Κόθουρος, a κεύθω, abscondo, & οὐρὰ, cauda, quod aculeum non exerant fuci, vel propter ignaviam, vel quia non habeant: fucorum enim alii aculeos habent, alii non, ut Plato docet.

306. Σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔστω μέτρια κοσμεῖν) Philosophi sæpe μέτριον dicunt id, quod in unaquaque re bona maximum est. Sic & apud Platonem μετρίως λέγειν, ubique est optime & verissime dicere: μέτρον σοφίας, multum sapientiæ. Id enim quod optimum est, extra mediocritatem esse non potest, quia alias ad vitium deflecteret.

311. Ἔργον) Est occupatio contra fratris & multorum stultam opinionem.

314. Δαίμονι) Occurrit objectioni de paupertate.

317. Αἰδὼς) Occupatio item est, non esse turpe laborare, præsertim egenti. Citatur hic versus proverbialiter, mendicos debere esse impudentes: verum hæc neutiquam Hesiodi sententia est. Est enim duplex verecundia. Prodest in loco pudor: obest, si eo ignaviam nostram prætexamus. Pudorem ergo inertium improbat, quos vocat Virg. *Degeneres animos*.

319. Ἀνολβίην) Vet. Pal. θάρσος δὲ πρὸς ὄλβον. in altero tamen dandi casu.

321. Εἰ γάρ τις) Duo genera injuriæ facit. Sunt qui alienas facultates vi rapiant. Alii per fraudem & perjuria ditescere cupiunt.

326. Παῦρον) *Male partum male disperit*. Et, *De male quæsitis non gaudet tertius hæres*.

327. Ἶσον) Supplicem antiquitus nefas erat non solum lędere, sed & ope privare. Jus etiam hospitii sacrosanctum habebatur: unde Jupiter ξένιος.

330. Ἀλιτραίνηται) In v. Pal. in alio ἀλιταίνει.

336. Κάδδυνάμιν) Præceptum de cultu divino. Primus est, hostiarum femora pinguedine obducta cremare. Secundus, libare, cum vinum effunditur. Tertius, suffitum facere.

343. Εἰ γάρ τοι) Hoc intelligendum de difficultatibus insuetis & improvisis. Ἐγχώριον ἄλλο. Elegantissimum est illud ἄλλο: quo hoc loco ea ratione usus est, qua frequenter scriptores Attici τῷ ἄλλως.

345. Ἄζωστοι) Id est, sine mora. Affines autem cunctantius adsunt, & non tam prompte.

347. Τιμῆς) Id est, famam, honorem.

349. Εὖ μὲν) De gratitudine præcipit in referendo beneficio. μετρεῖσθαι, dimensum accipere, vel mutuo.

361. Ἐπὶ σμικρῷ) Malim cum vet. & recentiore Palat. quum apud Platonem & Plutarchum ita legatur.

363. Αἴθοπα λιμὸν) Sic vocat famem ab effectu, quod nigrum aut

aut luridum colorem inducat.

368. Ἀρχομένη) Extrema liberalitatis fugienda monet, ut neque sis prodigus, neque sordidus. Vinum in summo tenuius est, quod sit proximum aeri; in imo fœculentum est: in medio autem purum. Ergo in medio probatur parsimonia.

369. Δειλὴ) Proverbium in eos qui omissis demum occasionibus incipiunt sapere. Δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ. Alii legunt δεινή. Sed sicut Poetis δειλινὸν μετὰ πλεονασμοῦ Ἰωνικοῦ est δειλινόν: sic δειλὸν μετὰ συγκοπῆς, idem est quod *serum*.

371. Καί τε) Non temere ulli fidendum monet, ita ut etiam cum fratre jocans, testem adhibeas. Vel, secundum quosdam, ut etiam cum fratre caute agas, fide quadam interposita, non aperte quidem, sed quasi per jocum, sine offensione fratris, & aliqua diffidentiæ tuæ indicatione.

373. Πυγοστόλος) De meretrice intelligit, quæ immodicæ elegantiæ cultui sit dedita.

377. Φερβέμεν) Pueri φέρβεσθαι dicuntur, dum in tenera illa ætate sunt, qua crescunt, nutriunturque, ut & βόσκεσθαι. Tum Heinsius vult, ut sequens versus huic anteponatur.

381. Σοὶ δ') Conclusio generalis, vel παραινετικὴ ad doctrinam sequentis libri.

IN II. LIBRUM.

383. ΠΛηϊάδων) Hic secundus liber continet præcepta de agricultura & administratione rei familiaris. Hoc autem loco primum per ortum & occasum Plejadum ostenditur tempus messis & arationis, tam pro locis maritimis, quam a mari remotis. Sunt autem Plejades 7. stellæ in tergo Tauri, Latini Vergilias vocant. Siderum autem ortum & occasum tribus modis advertit agricola. Quod Soli orienti cooritur coocciditque, κοσμικῶς oriri, vel cadere dicitur. Quod Soli occidenti, χρονικῶς. Quod autem Solis adventu abituve occultatur aut emergit, ἡλιακῶς. Quando igitur Plejades mane ante Solis ortum conspiciuntur, quod fit mense Junio, messem inchoari vult. Quando autem mane sub terram descendunt, quod fit mense Novembri, arationis tempus adesse dicit.

385. Αἳ δή) Occultantur 40. dies & noctes propter vicinitatem Solis Taurum & Geminos peragrantis: quod est a Majo usque ad Junium.

386. Περιπλομένου) Epith. anni, a πέλομαι, id est, existo: vel πολέω, verto: vel a περιπλέομαι.

389. Ἄγκεα) Palustrem terram significat.

391. Γυμνὸν) Vult ut hos labores perficiat mature & ante sævitiem hyemis, atque sollicite & festinanter, ad egestatem & ejus molestias vitandas. Hic versus in Homeri & Hesiodi certamine, ab H. Steph. edito, ita legitur, Γυμνὸν τ' ἀμᾶν ὅταν ὥρια πάντα πέλονται. in MS. P. ἀμᾶν, id est, συναθροίζειν ἢ θερίζειν. Εἴ χ' ὥρια πάντ'. Ὥρια non est semper τὸ καθ' ὥραν, sed & τὸ ἐντελὲς in fructibus.

403. Νομὸς.) Alii fortasse melius νόμος legunt, id est, oratio vel series verborum ad persuadendum apposita: nonnulli etiam de modulis & cantu mendicorum intelligunt.

406. Κτητὴν) Famulam intelligit jure acquisitam: Aristoteles tamen initio Oeconomici sui ad uxorem refert. Κτητὴν οὐ. Notarunt jam olim viri docti Philosophum in Oeconomicis etiam τὴν κτητὴν pro conjuge sumere. In jure certe Attico etiam conjux inter τὰ κτή-

κτήματα numerabatur, & maritus ὁ κύριος appellabatur.

410. Ἔννηον) Ab ἔνη, id est, postremus dies mensis.

417. Σείριος) Stella est in ore canis majoris, ad latus Austri, vicina Leoni, dicta quod nimio calore exsiccet & debilitet vires humanas.

419. Πλᾶσι) Ubi Sol accesserit Scorpium, Canicula mane aliquantisper ante Solem, ortu Heliaco, conspicitur: orto autem Sole statim labitur sub terram.

423. Ὅλμον τρίπόδην) Per ὅλμον τρίπόδην quidam intelligunt mortarium trium pedum, quo veteres usi sunt pro mola.

426. Δεκαδώρῳ) A δῶρον, id est, palmus, quod munerum datio δῶρον appelletur: id autem geritur per palmam manus.

430. Ἀθηναίης) Sic vocat Cererem, quod ipsa Athenienses, adeoque omnes homines, de frugibus docuerit.

433. Αὐτόγυον) Aratrum, quod habet dentale solidum & adnatum, non affixum: vel quod non sit plane elaboratum, sed usque ad dentale.

442. Ὀκτάβλωμον) Octo morsuum, a βλωμὸς morsus, ita tamen ut unum frustum habeat binos morsus. Servum intelligit robustum, qui integrum panem in 4. partes divisum absumat in cęna: vel cui opus sit pane, cujus quadrantes octonis bolis seu partibus constent.

443. Ὅς κ') Ætatis, quam in servo requirit, rationes addit admodum graves, sentitque multum situm esse in maturitate ætatis.

446. Ἐπισπορίην.) Quasi superseminatio, quę usurpari solet cum prior sementis non est rite peracta.

448. Φράζεσθαι) Tempus arandi indicat per clangorem gruum avolantium, idque (ut Poetæ fingunt) in Ægyptum, ubi belligerantur cum Pygmæis.

451. Ὀμβρίμω) MS. Palat. & alii, ὀμβρηρῷ.

453. Ῥηΐδιον) Occupatione negligentiam & inscitiam rusticorum taxat, qui non considerant quibus opus habeant, sed in alienam opem sunt intenti. Respondet ergo eadem opera posse aliquem petere & negare.

458. Εὖ τ' ἂν) Docet diligentiam quæ est adhibenda in aratione. Addit versu 460. signa & circumstantias, qualis terra sit aranda, sicca scilicet & humida, id est, non lutosa, & tamen madefacta.

462. Ἔαρι) Modus & ratio arandi traditur. Pingue solum solet quater arari. Qui vero tenuius solum habent, ter arant. Prima aratio est proscissio: secunda fit mense Junio, quæ est iteratio: tertia, cum ante sementem aratur, quæ est tertiatio.

563. Νειὸν) Concedendum est suum intervallum terræ, quo interquiescat, ut deinde copiosiorem fructum ferat. Est autem Novale, ager qui alternis annis seritur. κουφίζουσαν, id est, recens aratam, adhuc elevatam.

463. Ἀλεξιάρη) Pellens execrationem. Solent enim agricolæ maledicere quando fructus ex sententia non proveniunt, ἀκηλήτειρα, liberos exhilarans, utpote quibus suppeditet copiosum victum.

467. Ἀρχόμενος) Quomodo sit arandum ἐχέτλη, stiva, quia αὐτὸ ἔχεται ἀρότης, quod eam manu teneat arator.

469. Ἔνδρυον) Καρδία δένδρου, καὶ τὸ μέσον, inquit Hesych. Vet. C. Palat. ἔνδρυον, id est, δρύϊνον, vel αὐτὸν τὸν ἱστοβοέα. lignum esse dicunt, quod est proximum temoni.

475. Ἐκ

475. Ἐκ δ') Quia ſcilicet omnia ſepoſitoria & vaſa repleta ſint.

476. Ἐράμενον) Cum inquiſitione & delectu capientem.

479. Εἰ δὲ) Improbat hic arationem dilatam ad Solſtitium hybernum.

480. Ἥμενος) Ob culmorum brevitatem ſcilicet & paucitatem. Singula verba ſignificanter hic ponuntur ad declarandum triſtem eventum tardæ arationis.

483. Ἄλλοτε) Ἀνθυποφορὰ, & mitigatio præcepti de tarda aratione, quod tempeſtates variæ ſint pro voluntate Jovis.

486. Ἦμος) Pulchra Veris deſcriptio eſt.

493. Πὰρ δ' ἴθι) Id eſt, παράτρεχε, παρέρχου, ut gloſſ. & *præteri* interpretandum, potius quam *accede*: licet utramque interpretationem Proclus admittere videatur. Monet enim diligentem agricolam, ne vel tempus hibernum, more vulgi, otioſis & inanibus confabulationibus tranſigat, ſed tum etiam rem familiarem promovere ſtudeat. Per χάλκειον θῶκον intelligit officinas ferrarias, in quas antiquitus in Græcia pauperiores & otioſi ſolebant convenire ad collocutiones frivolas, ſicut apud Romanos in tonſtrinis. Pro ἐπ' ἀλέᾳ, ut conſtet verſus, quidam legunt, ἐπ' ἀλεῖα, neutro genere, *in locis calidis*, ab ἀλέος, doctiſſ. G. Canterus ἐπαλεία uno verbo. quem vide lib. 5. c. 23. Λέσχαι quondam dicebatur conventicula Philoſophorum: deinde quia inter ipſos plerunque de rebus leviſſimis agitabatur, factum eſt ut mendicorum conventus etiam hoc nomine vocarentur: atque inde etiam ipſæ nugæ λέσχαι dictæ ſunt. Ἐπ' ἀλέᾳ, Euſtathii lectionem ἐπ' ἀλέᾳ, *propter teporem*, ſeu *teporis captandi gratia*, confirmat ſimile hemiſtichium infra.

497. Λεπτῇ δὲ) Ariſtot. 1. ſect. Probl. ſcribit fame diutina laborantibus pedes intumeſcere. Superiores autem partes eadem ratione extenuantur & macreſcunt. Huc alludit Poeta cum jubet cavere, ne pedem tumefactum tenui manu demulcere oporteat.

498. Πολλὰ) Veriſſimum eſt Columellæ dictum, *Homines nihil agendo, male agere diſcunt*.

504. Μῆνα) Hyemis tempus, & menſem Boreali frigore graviſſimum copioſe & eleganter deſcribit. Ληναιῶν, menſis Januarius eſt. Lenæa enim Bacchi feriæ & Pythia ſub id tempus agebantur, cum vini primitias libabant. Βούδορα vocat frigora, quæ adurunt & excoriant, etiam ipſos boves.

507. Ὅς τε) Naturam vini, effectus Boreæ prolixe declarat.

518. Τροχαλὸν) Inclinatum, contractum, vel properantem in inceſſu, quamlibet alioqui tardum.

520. Ἥ τε δόμων) Curam virginum in honeſtioribus familiis exponit, quæ domi aſſervabantur, nec in publicum prodibanr.

524. Ὅτ' ἀνόστεος) Polypi hæc natura eſt, teſte Plin. l. 9. c. 19. ut fame laborans ſibi pedes arrodat, quo maxima hyemis ſævitia notatur: & quia vehementer frigore læditur, latet plurimum in antro ſuo. Vocat hanc ſpeciem Polyporum ἀνόστεον, quod cartilaginem pro ſpina habeat.

527. Ἀλλ' ἐπὶ) Sol tum cum eſt in Sagittario, diutius verſatur apud Æthiopas, qui ſunt meridionales, quam apud Græcos.

533. Γλάφυ) Pro γλαφυρόν. τρίποδι βροτῷ, homini ſeni, tertio jam pedi, nempe bacillo, innitenti. Vide proverb. *Bœotica ænigmata*.

537. Χλαῖναν) χιτὼν interior veſtis

ftis erat, fupra quam utebantur pallio.

538. Κρόκα) Pro κροκίδα.

541. Ἶφι κταμένοιο) Quem fuit difficile profternere: vel qui fuit robuftus cum profterneretur.

545. Ὑετοῦ) Ad pluviam propulfandam: ut ἀλεὰ fit ab ἀλέασθαι. Gloff. MS. Palat. τοῦ ὄμβρου ἕνεκα ἀλεωρὴν, ad propulfandam pluviam. Quare expungenda erit illa interpretatio, quæ habet ἀλέην, teporem.

549. Ἀὴρ πυροφόρος) Vapor ex terra in nubibus repercuffus & in aquam refolutus, decidit: humectat autem aer fata & arva.

557. Μεὶς γὰρ) Repetit admonitionem de vitando hoc menfe Januario: cujus difficultates hactenus defcripfit.

559. Τἦμος) Bobus dimidiam partem pabuli detrahendam, viro vero aliquid addendum: in noctem fcilicet. Nam Greci homines tantum cœnabant, & largius quidem.

560. Εὐφρόνη) Sic vocant Poetæ noctem, παρὰ τὸ εὖ φρονεῖν ἡμᾶς ἐν αὐτῇ, vel διὰ τὸ εὐφραίνειν τὸ σῶμα διὰ τῆς ἀναπαύσεως.

566. Ἀρκτῦρος) Stella eft fub zona Bootæ: oritur vefpere initio veris.

566. Πανδιονὶς) Hirundinem intelligit: refpicit autem ad fabulam de Progne & Philomela, Pandionis filiabus.

569. Ἐς φάος) Poeta videtur in ea opinione effe, ut putet hirundines hieme latere quafi mortuas in fuis nidis. Alii putant, eas avolare in regiones tepidiores.

571. Ἀλλ' ὁπότ') Meffis tempus defcribit. Per φερέοικον intelligit teftudinem, quod domum fuam circumferat. Alii aliud animalculum intelligunt, quod pro vitando Solis æftu folebat afcendere plantas & virgulta.

574. Φεύγειν) Prohibet tempore meffis fomnum ad multam lucem protrahere. Καὶ ἐπ' ἠῶ κοῖτον. Ubi ut quinta verfus regio fpondæum habet pro dactylo, ita in fuperiori hemiftichio anapæftum habet pro dactylo feu fpondæo: quomodo & prima regio apud Homerum Βορέης καὶ ζέφυρος: item, Πλέονές κε μνηστῆρες: & apud Virgilium,

Fluviorum rex Eridanus.

Quamquam & fynizefis in iftis poteft ftatui; ut in Homerico illo,

Θώρηκας ῥήξειν δηΐων ἀμφὶ στήθεσσι.

Qua de re monuit etiam Hephæftio.

582. Ἦμος δὲ σκόλυμος) Hefiodus æftatem conftituit ἐπὶ σκολύμῳ καὶ τέττιγι: ita loquuntur eleganter οἱ χαρίεντες, id eft *tempore cardui & cicadæ*, vel dum carduus & cicada eft.

589. Βίβλινος) Biblinum vinum dicitur a Biblia regione Thraciæ, ubi nobiliffima vina funt.

592. Αἴθοπα) Vinum rubrum pinguius eft, & magis alit, tenuiufque eft, & facilius penetrat.

594. Ἀέντος) Pro eo diferte Palat. ζεφύρου legit, & gloff. ἀέντος ἀνέμου.

596 Τρὶς δ' ὕδατος) Græci nunquam merum bibere folebant. Athenæus hanc diluendi vini confuetudinem fuiffe dicit, ut ad duos vini cyathos, quinque aquę adderent: nonnunquam ad quatuor vini cyathos, duos aquæ.

598. Εὖτ' ἂν) Id incidit in menfem Auguftum.

600. Μέτρῳ) Monet menfurandas effe fruges, ut fciat agricola quantum ex agro redeat.

602. Θῆτα) Venet. & Steph. exempl. edit. Θῆτ', reponendum ex MSS.

MSS. Palat. Θῆτα τ'. & ita legisse Moschopulum liquet.

604. Καρχαρόδοντα) A sono factum videtur. Sunt autem canes asperrimis dentibus, & omnium firmissime tenent semel in fauces recepta.

605. Ἡμερόκοιτος) Furem intelligit.

606. Συρφετὸν) Intelligit non tantum paleas, sed & folia vitium, quercuum, tum vero herbas, aliaque id genus, quæ pecoribus in hieme possint esse non incommodum pabulum.

608. Γόνατα) Usitatum est Poetis usurpare hoc vocabulum pro potentia, viribus, & robore.

609. Εὖτ' ἂν) Tempus vindemię describit.

612. Δεῖξαι) Hoc intelligunt nonnulli de quadam certi vini pręparatione, in qua rationem faciendi uvas passas complexus sit. Alii generale pręceptum esse putant de modo vindemiandi pro temporibus & locis illis optimo.

615. Πλειὼν δὲ κατὰ χθονὸς) Ephemeris in operibus Hesiodi, non in diebus est; & ibi incipit: Μῆνα δὲ Ληναιῶνα. Ita ut tota agriculturæ doctrina in Ephemeride desinat. Hanc postquam cum anno terminavit, cujus doctrina ab hyeme incipit, in autumno definit; totam simul Ephemeridem & agriculturæ doctrinam tali clausula concludit: πλειὼν δὲ κατὰ χθονὸς ἄρμενος εἴη. quod interpretes Latini ineptissime vertunt, *Annus vero per terram accommodus sit*. Multum torsit omnes illud κατὰ χθονὸς, quę verba absolvunt agriculturæ pręcepta, simulque ad navigationem viam præparant.

618. Εἰ δέ σε) De navigatione præcepta quædam subjicit. Fuit enim illis familiare, devehere fruges & merces.

626. Χείμαρρον) Clavum significat quo foramen in navis carina obstruitur, quo amoto naves in siccum tractę aquam in sentina collectam emittunt.

627. Ἐγκάτθεο) MS. ἐγκάτθεο.

633. Ὡς περ) Exemplum patris sui proponit, quem dicit ex patria profugisse non propter invidiam ex opibus conflatam, sed propter paupertatem.

639. Νάσσατο) Describit nunc patriam suam Poeta.

643. Νῆ' ὀλίγην) Mediocritatem tutiorem esse dicit.

649. Οὔτε τι) Removet a se reprehensionem ob imperitiam. Hic videmus σοφίζειν primo usurpatum fuisse cum laude, pro docere, & tradere aliquid eruditius prę aliis.

654. Ἀμφιδάμαντος) Amphidamas rex Eubœæ in bello adversus Erithręos occisus fuit: in cujus obitum filii ejus certamina edixerunt. Apparet sane Hesiodum Homero posteriorem fere centum annis fuisse: proinde cum eo in hoc certamine non certavit.

663. Ἤματα) Tempus navigationis commodissimum tradit, ęstivum scilicet.

669. Ἐν τοῖς) Proverbialis est hic versiculus & valde pius, quo admonemur, quidquid nobis adversum aut prosperum accidit, Deo ascribendum esse.

670. Εὐκρινέας αὔρας) Vocat faciles & leves flatus, ut sunt Etesii, & similes placidi.

678. Ἄλλος) Vernam navigationem describit, quam ipse quidem non probat, ut periculosam, sed quę tamen est usitata hominibus ob cupiditatem pecunię.

688. Ὅσσ' ἀγορεύω) In uno ὥς σ' ἀγορεύω, in altero, ὥς σε κελεύω.

694. Μέ-

694. Μέτρα) Epiphonemate generali concludit modum esse servandum. Μέτρα φυλάσσεσθαι. Non intellexerunt hæc interpretes. Hesiodus μέτρα θαλάσσης vocavit τὸ ὡραῖον πλεῖν.

695. Ὡραῖος)Tradit tempus conjugio maturum in mare & femella.

696. Τεσσαρακοντ.) Al. τεσσαράκοντα.

698. Τέτορ') Pollux quatuordecim exponit. Plato & Aristot. constituunt puellæ decimum octavum annum nubendi.

704. Δειπνολόχης) Quæ comessationibus clam indulget, & quæ passim adit convivia.

705. Ἄτερ δαλοῦ) Sine face, id est, clam, etiam si foris nihil appareat. Et crudam senectutem, τὴν πρὸ καιροῦ vocat & præcocem.

706. Εὖ δ') De religione præcipit. ὄπις, in Deo significat inspectionem & gubernationem rerum, justamque indignationem contra impios. In homine autem respectum ad Dei metum & reverentiam.

707. Μηδὲ) Præceptum plenum humanitatis, nullam amicitiam præponendam esse sanguinis conjunctioni.

711. Δὶς τόσα) Jubet offensionem amici duplici vindicta pensare, idque eo ut agnoscat delictum: & tum si in gratiam redire velit, benigne recipiendum docet. Alii sic intelligunt, ac si in genere diceret nullum peccatum impunitum relinqui.

714. Σὸ δὲ) Tu vites omnia quę in amicis improbantur, nec prodas animum tuum minus quam conveniat integrum. Vel, vide ne vultus tuus prę se ferat simultatem, sed ex animo ejicias omnem pristinarum injuriarum memoriam.

715. Μηδὲ πολύξεινον) Utraque extrema liberalitatis fugienda monet. Est autem hic intelligenda prisca illa hospitalitas, quę erat sacrosancta.

721. Κακοὶ ἥποις) V. C. Palat. κακοί γ' ἥπης: & mox ἀκέσιος. al. κ' ἥποις.

722. Δυσπέμφελ@) Morosus, id est, non sis difficilis accessionis & collationis.

727. Μηδ' ἄντ') Non esse mingendum contra Solem. Vel allegorice, contra magnos & honestos viros nihil proterve & irreverenter agendum.

728. Αἴοντα) Al. Ἀνόντος.

731. Ἕζόμεν@) Turcis etiamnum hodie religiosum est ut sedentes mingant, & ingens flagitium designari credunt, si quis in publico cacaret aut mingeret.

733. Μηδ' αἰδοῖα) A congressu uxoris ne accedas ad sacra.

735. Μηδ' ἀπὸ) Ab hilariore convivio, non a tristioribus sacris accedendum ad uxorem docet.

742. Μηδ' ἀπὸ πεντόζοιο) Ungues non esse pręcidendos in convivio, præsertim solemni. πέντοζον vocat manum, quod quinque digitis tanquam ramis constet.

744. Μηδὲ ποτ' οἰνοχόην) Duplex potest esse sensus: vel, ut prohibeat parvum poculum supra craterem magnum collocari, ut ita potantibus inde haurire liceat quantum velint: vel ut ne velit parvum poculum pro cratere apponere, atque ita prohibeat parsimoniam in compotationibus, Tzetzes allegorice sic interpretatur. Ubi agitur de republica, ne proprium commodum publico præposueris, neque partem toti: ex hoc enim infortunium sequitur. pretiosior enim crater quam trulla aut calix.

746. Μηδὲ δόμον) Spartam quam natus es orna. In quocunque genere verseris, in illud incumbe, & in eo persevera.

747. Κό-

747. Κορώνη) Fama ſiniſtra & maligna poteſt intelligi. λακέρυζα, pro κελάρυζα.

748. Μηδ' ἀπὸ) Ex ollis nondum ſacrificatis & illibatis non capiendum eſſe cibum. Quidam per χυτρόποδας ἀνεπιῤῥέκτους intelligunt ollas ſupra focum ſtantes, ex quibus cibi nondum rite patinis infuſi, menſis impoſiti atque conſecrati ſunt.

750. Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι) Prohibet liberorum collocationem ſuper ſepulcra & morticina, (quæ vocat ἀκίνητα, quod non moveantur, vel non ſint movenda,) quod priſcis infauſtum videbatur. Vel allegorice prohibet ignaviam, otium & delicias in prole XII. annorum. Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν. Pueri autem δυωδεκαταῖοι & δυωδεκάμηνοι omnia communia cum matribus habebant, δίαιταν, τροφὴν, οἶκον, id eſt, ipſum Gynæceum. Heſiodus ergo ne ejuſmodi puerulos, matrum λουτροῖς aſſueſcere ſinant, ex diſciplina veteri, quia θηλύνεσθαι τὰ σώματα ex aquæ tepore exiſtimabant, diligenter monet. Ibid. οὐ γὰρ ἄμεινον. Vetus clauſula, qua potiſſimum utebantur in interdictis ſuis principes, erat, οὐ γὰρ ἄμεινον.

757. Μηδέ ποτ') Hi recte in fontes immingere dicuntur, qui ſacram doctrinam commaculant.

760. Δεινὴν) Boni nominis præcipuam curam habendam eſſe vult, quia (verſu ſequenti,) nulla fama prorſus evaneſcat tanquam inanis, & non omnino de nihilo ſit quod vulgo fertur. famæ enim vim quandam divinam etiam ineſſe. Ex hoc loco deſumpſit Virgilius deſcriptionem famæ, 4. Æneid. *Fama malum, &c.*

764. Φημίζουσι) Ita C. V. alii φυμίζουσι. Θ. γ. τοι.

ἩΣΙΌΔΟΥ τοῦ ἈΣΧΡΈΟΥ

Ἡ Μ Έ Ρ Α Ι.

ARGUMENTUM.

Tradit discrimina dierum, qui fausti vel inauspicati sint, item alia aliis diebus licere. Quædam vero discrimina ad causas naturales referri possunt, quædam sunt ex superstitionibus. Sunt autem eatenus discrimina servanda, quatenus causæ naturales cogunt. Superstitio vero præter causas naturales est, & ex impietate profecta. Esset vero insania, non habere naturæ rationem, cum illa nobis u- *sui*

Ἤματα δ' ἐκ Διόθεν πεφυλαγμένος, εὖ κατὰ μοῖραν
Πεφραδέμεν δμώεσσι. τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην
Ἔργα τ' ἐποπτεύειν, ἠδ' ἁρμαλιὴν δατέασθαι,
Εὖτ' ἂν ἀληθείην λαοὶ κρίνοντες ἄγωσιν.
Αἵδε γὰρ ἡμέραι εἰσὶ Διὸς παρὰ μητιόεντος.
Πρῶτον ἔνη, τετράς τε, καὶ ἑβδόμη, ἱερὸν ἦμαρ.
Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ.
Ὀγδοάτη τ' ἐνάτη τε δύω γε μὲν ἤματα μηνὸς
Ἔξοχ' ἀεξομένοιο βροτήσια ἔργα πένεσθαι,
Ἑνδεκάτη τε δυωδεκάτη τ' ἄμφω γε μὲν ἐσθλαί,
Ἡ μὲν, ὄϊς πείκειν, ἡ δ', εὔφρονα καρπὸν ἀμᾶσθαι.
Ἡ δὲ δυωδεκάτη τῆς ἑνδεκάτης μέγ' ἀμείνων.
Τῇ γάρ τοι νεῖ νήματ' ἀερσιπότητος ἀράχνης
Ἤματος ἐκ πλείου, ὅτε τ' ἴδρις σωρὸν ἀμᾶται.
Τῇ δ' ἱστὸν στήσαιτο γυνὴ, προβάλοιτό τε ἔργον.
Μηνὸς δ' ἱσταμένου τρισκαιδεκάτην ἀλέασθαι
Σπέρματος ἄρξασθαι· φυτὰ δ' ἐνθρέψασθαι ἀρίστη.
Ἕκτη δ' ἡ μέσση μάλ' ἀσύμφορός ἐστι φυτοῖσιν·
Ἀνδρογόνος τ' ἀγαθή· κούρῃ δ' οὐ σύμφορόν ἐστιν,
Οὔτε γενέσθαι πρῶτ', οὔτ' ἄρ γάμου ἀντιβολῆσαι·
Οὐδὲ μὲν ἡ πρώτη ἕκτη, κούρῃ τε γενέσθαι
Ἄρμενος, ἀλλ' ἐρίφους τάμνειν καὶ πώεα μήλων,

Ση-

HESIODI ASCRÆI

DIES.

ARGUMENTUM.

sui sit, & nostra causa a Deo condita. Itaque discrimina dierum nata sunt aliqua ex parte ex aspectibus, quibus Luna intuetur Solem: nam quadrati aspectus ciet pugnam naturæ cum morbo: sed superstitiosa observatione aucta sunt. Nam inde apparet, non esse certam rationem discriminis dierum apud Hesiodum; quod ait, aliis alios dies probari.

Dies vero ex Jove observans, bene secundum decorum
Præcipe servis, tricesimam mensis optimam
Ad opera inspiciendum, demensumque dividendum:
Nempe cum circa juris negotia & judicia populi versantur.
Hæ enim dies sunt Jove a prudente.
Primum, novilunium, quartaque & septima sacra dies:
Hac enim Apollinem ense aureo armatum genuit Latona.
Octavaque & nona ambæ dies mensis
Egregie crescentis, ad curandum opera mortalium.
Undecima vero duodecimaque ambæ quidem bonæ:
Hæc quidem tondendis ovibus, illa lætis segetibus metendis.
Duodecima tamen undecima multo melior.
Hac enim net fila in aere suspensus araneus,
Die expleta, quum & prudens formica acervum colligit.
Hac telam ordiatur mulier & inchoet opus.
Mensis autem inchoati decimatertia caveto
Sementem incipere: plantis vero inserendis optima est.
Sexta vero media valde incommoda est plantis:
Viripara bona: puellæ vero non utilis est,
Neque gignendæ primum, nec nuptiis tradendæ.
Nec prima quidem sexta puellæ gignendæ
Apta est, sed hœdis castrandis, & gregibus ovium,

Σηκόν τ' ἀμφιβαλεῖν ποιμνήϊον, ἤπιον ἦμαρ.
Ἐσθλὴ δ' ἀνδρογόνος φιλέει δέ κε κέρτομα βάζειν,
Ψεύδεά θ', αἱμυλίους τε λόγους, κρυφίους τ' ὀαρισμούς.
Μηνὸς δ' ὀγδοάτῃ κάπρον καὶ βοῦν ἐρίμυκον
Ταμνέμεν, οὐρῆας δὲ δυωδεκάτῃ ταλαεργούς.
Εἰκάδι δ' ἐν μεγάλῃ πλέῳ ἤματι ἵστορα φῶτα,
Γίνεσθαι· μάλα γάρ τε νόον πεπυκασμένος ἐστίν.
Ἐσθλὴ δ' ἀνδρογόνος δεκάτη, κούρῃ δὲ τετρὰς
Μέσση. τῇ δέ τε μῆλα καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς,
Καὶ κύνα καρχαρόδοντα καὶ οὐρῆας ταλαεργοὺς
Πρηΰνειν, ἐπὶ χεῖρα τιθείς. πεφύλαξο δὲ θυμῷ
Τετράδ' ἀλεύασθαι φθίνοντός θ' ἱσταμένου τε,
Ἄλγεα θυμοβορεῖν μάλα τοι τετελεσμένον ἦμαρ.
Ἐν δὲ τετάρτῃ μηνὸς ἄγεσθαι ἐς οἶκον ἄκοιτιν,
Οἰωνοὺς κρίνας οἳ ἐπ' ἔργματι τούτῳ ἄριστοι·
Πέμπτας δ' ἐξαλέασθαι, ἐπεὶ χαλεπαί τε καὶ αἰναί.
Ἐν πέμπτῃ γάρ φασιν Ἐριννύας ἀμφιπολεύειν,
Ὅρκον τιννυμένας τὸν Ἔρις τέκε πῆμ' ἐπιόρκοις.
Μέσσῃ δ' ἑβδομάτῃ Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν
Ἤλασ' ἐπικρατέως· ἀπὸ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε
Ἀνδροφόνος μελίη· μέγα γὰρ σθένος ἔμπεσε φωτός.
Ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ὅτε πέτρη
Ἠλίβατος, πληγεῖσα Διὸς ψολόεντι κεραυνῷ.
Ὣς ἔριπ'. ἀμφὶ δέ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.
Τὸν μὲν ἔπειτ' εἴασε Διὸς ταλακάρδιος υἱὸς,
Αὐτὸς δὲ βροτολοιγὸν Ἄρην ἐπιόντα δοκεύσας,
Δεινὸν ὁρῶν ὄσσοισι, λέων ὣς σώματι κύρσας,
Ὅς τε μάλ' ἐνδυκέως ῥινὸν κρατεροῖς ὀνύχεσσι
Σχίσσας ὅττι τάχιστα, μελίφρονα θυμὸν ἀπηύρα·
Ἐμμενέως δ' ἄρα τοῦ γε κελαινὸν πίμπλαται ἦτορ.
Γλαυκιόων δ' ὄσσοις δεινὸν, πλευράς τε καὶ ὤμους
Οὐρῇ μαστιόων, ποσσὶ γλάφει· οὐδέ τις αὐτὸν
Ἔτλη ἐς ἄντα ἰδὼν σχεδὸν ἐλθεῖν, οὐδὲ μάχεσθαι.
Τοῖος ἄρ' Ἀμφιτρυωνιάδης ἀκόρητος ἀϋτῆς
Ἀντίος ἔστη Ἄρηος· ἐνὶ φρεσὶ θάρσος ἀέξων,
Ἐσσυμένως, ὁ δέ οἱ σχεδὸν ἤλυθεν ἀχνύμενος κῆρ.
Ἀμφότεροι δ' ἰάχοντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν.
Ὡς δ' ὅτ' ἀπαὶ μεγάλου πέτρη πρηῶνος ὀροῦσα,
Μακρὰ δ' ἐπιθρώσκουσα κυλίνδεται, ἡ δέ τε ἠχῇ
Ἔρχεται ἐμμεμαυῖα, πάγος δέ οἱ ἀντεβόλησεν
Ὑψηλός, τῷ δὴ συνενείκεται, ἔνθά μιν ἴσχει·
Τόσσῃ ὁ μὲν ἰαχῇ βρισάρματος οὖλιος Ἄρης
Κεκληγὼς ἐπόρουσεν· ὁ δ' ἐμμαπέως ὑπέδεκτο.
Αὐτὰρ Ἀθηναίη κούρη Διὸς αἰγιόχοιο
Ἀντίη ἦλθεν Ἄρηος, ἐρεμνὴν αἰγίδ' ἔχουσα,
Δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδοῦσ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.
Ἄρες ἐπίσχε μένος κρατερὸν καὶ χεῖρας ἀάπτους.

Οὐ

Pinguis, quam interfecit jaculando juvenis vir,
Sagitta e nervo emiſſa: ipſe autem aberrarit alibi
Loci ignarus exiſtens. at illi celeriter animadverterunt,
Certatimque pro ea pugnam acerbam inſtituerunt.
Sic & hi duo cum clamore contra ſe mutuo irruerunt.
Ibi ſane Cygnus quidem potentis Jovis filium
Occidere meditans, clypeo æream haſtam adegit,
Neque tamen perrupit æs: defendebant enim dona Dei.
Contra autem Amphitryoniades, vis Herculea,
Inter galeam & clypeum, haſta longa,
Cervicem nudatum, celeriter, infra mentum,
Percuſſit valde, amboſque abſcidit tendones
Homicida lancea. magnum vero robur concidit viri.
Cecidit autem veluti cum quercus aliqua, aut cum rupes
Excelſa, icta Jovis fumanti fulmine:
Sic cecidit. circum ipſum autem reſonabant arma variegata ære.
Atque hunc quidem ibi reliquit Jovis ærumnoſus filius.
Ipſe autem occiſorem hominum Martem accedentem obſervans,
Sævum videns oculis, ut leo corpus forte nactus,
Qui admodum accurate pelle validis unguibus
Diſſecta, quam celerrime dulcem animum abſtulit:
Avide autem hujus nigrum expletur cor,
At cæſiis intuens oculis ſævum, coſtaſque & humeros
Cauda flagellans, pedibus fodit; neque quiſquam ipſum
Suſtinet ex adverſo aſpiciens prope ire, neque pugnare.
Talis igitur & Amphitryoniades inſatiabilis bello
Contra Martem ſtetit, in præcordiis audaciam augens
Celeriter. Ille autem prope venit afflicto corde.
Utrique autem cum clamore alter alterum invaſerunt.
Ut autem, quando a magno rupes cacumine præcipitans,
Et in longum delata ſaltu volvitur, fragorque
Venit ſubito ingens, collis autem ipſi obvius fit
Altus, ad quem curſu defertur, ubi ipſam retinet:
Tanto ille fremitu, curruum gravator, pernicioſus Mars
Vociferans irruit, ille autem prompte venientem excepit.
Porro Minerva filia Jovis Ægiochi
Obviam venit Marti, tenebroſam habens ægidem.
Sæva autem torve intuens, verbis volucribus allocuta eſt.
Mars inhibe animos ingentes & manus invictas.

Οὐ γάρ τοι θέμις ἐςὶν ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δῦσαι
Ἡρακλέα κτείναντα Διὸς θρασυκάρδιον υἱόν.
Ἀλλ' ἄγε παῦε μάχης, μηδ' ἀντίος ἵστασ' ἐμεῖο.
Ὣς ἔφατ'· ἀλλ' οὐ πεῖθ' Ἄρεος μεγαλήτορα θυμόν.
Ἀλλὰ μέγα ἰάχων, φλογὶ εἴκελα τεύχεα πάλλων,
Καρπαλίμως ἐπόρουσε βίῃ Ἡρακληείῃ,
Κακτάμεναι μεμαώς· καί ῥ' ἔμβαλε χάλκεον ἔγχος
Σπερχνὸν, ἑοῦ παιδὸς κοτέων πέρι τεθνειῶτος,
Ἐν σάκεϊ μεγάλῳ. ἀπὸ δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη
Ἔγχεος ὁρμὴν ἔτραπ', ὀρεξαμένη ἀπὸ δίφρου.
Δριμὺ δ' Ἄρην ἄχος εἷλεν· ἐρυσσάμενος δ' ἄορ ὀξὺ,
Ἔσσυτ' ἐφ' Ἡρακλῆϊ κρατερόφρονι· τὸν δ' ἐπιόντα
Ἀμφιτρυωνιάδης δεινῆς ἀκόρητος ἀϋτῆς,
Μηρὸν γυμνωθέντα σάκευς ὑπὸ δαιδαλέοιο,
Οὔτασ' ἐπικρατέως· διὰ δὲ μέγα σάρκος ἄραξεν,
Δόρατι νωμήσας, ἐπὶ δὲ χθονὶ κάββαλε μέσῃ.
Τῷ δὲ Φόβος καὶ Δεῖμος εὔτροχον ἅρμα καὶ ἵππους
Ἤλασαν αἶψ' ἐγγὺς, καὶ ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
Ἐς δίφρον θῆκαν πολυδαίδαλον· αἶψα δ' ἔπειτα
Ἵππους μαςιέτην, ἵκοντο δὲ μακρὸν Ὄλυμπον.
Υἱὸς δ' Ἀλκμήνης καὶ κυδάλιμος Ἰόλαος,
Κύκνον σκυλεύσαντες ἀπ' ὤμων τεύχεα καλὰ
Νίσσοντ'· αἶψα δ' ἔπειτα πόλιν Τρηχῖνος ἵκοντο
Ἵπποις ὠκυπόδεσσιν. ἀτὰρ γλαυκῶπις Ἀθήνη
Ἐξίκετ' Οὔλυμπόν τε μέγαν καὶ δώματα πατρός.
Κύκνον δ' αὖ Κήϋξ θάπτεν, καὶ λαὸς ἀπείρων,
Οἵ ῥ' ἐγγὺς ναῖον πόλιος κλειτοῦ βασιλῆος,
Ἄντην, Μυρμιδόνων τε πόλιν, κλειτήν τ' Ἰαωλκὸν,
Ἄρνην τ' ἠδ' Ἑλίκην· πολλὸς δ' ἠγείρετο λαὸς,
Τιμῶντες Κήϋκα, φίλον μακάρεσσι θεοῖσι.
Τοῦ δὲ τάφον καὶ σῆμ' ἀϊδὲς ποίησεν Ἄναυρος,
Ὄμβρῳ χειμερίῳ πλήθων. τὼς γάρ μιν Ἀπόλλων
Λητοΐδης ἤνωξ', ὅτι ῥα κλειτὰς ἑκατόμβας
Ὅς τις ἄγοι Πυθοῖδε, βίῃ σύλασκε δοκεύων.

ΤΕΛΟΣ.

Ne-

Neque enim tibi fas est inclytis armis spoliare
Herculem occisum, Jovis magnanimum filium.
Sed age, desiste a pugna, neque adversus steteris mihi.
Sic ait: sed non persuasit Martis magnanimi animo:
Sed magno fremitu flammæ similia arma vibrans,
Celeriter invasit vim Herculeam,
Occidere festinans: & conjecit æratam hastam
Magno impetu, ob suum filium irascens mortuum,
In clypeum magnum. At procul cæsia Minerva
Hastæ impetum avertit, manu deflectens a curru.
Acerbus autem dolor Martem cepit, extractoque gladio acuto
Irruit contra Herculem magnanimum. at illum accedentem
Amphitryoniades, sævi insatiabilis belli,
Femore nudatum clypeo sub variegato
Vulneravit valide: magnumque trajecit clypeum,
Hastam vibrans: in terram autem prostravit mediam.
At illi Pavor & Metus agilem currum & equos
Adegerunt celeriter propius, & a terra habente latas vias
In currum posuerunt variegatum: atque inde celeriter
Equos flagellis impulerunt, veneruntque in magnum Olympum.
Filius autem Alcmenæ & gloriosus Jolaus,
Cygno despoliato, armis ad humeris pulchris detractis,
Revertebantur. moxque exinde ab urbem Trachiniam venerunt
Equis velocibus. At cæsiis oculis Minerva
Pervenit in Olympum magnum, & domus patris.
Cygnum autem contra Ceyx sepelivit, & populus infinitus,
Qui prope urbem habitabat inclyti regis,
Anten, Myrmidonumque urbem, celebremque Jaolcum,
Arnenque, & Helicen. multus autem congregabatur populus,
Honorantes Ceycem, charum beatis Diis.
Sed illius sepulchrum & monumentum obscurum reddidit Anaurus,
Imbre hyemali exundans. ita enim ipsum Apollo
Latonæ filius jussit, propterea quod inclytas hecatombas
Quicunque portaret Delphos, eum vi spoliabat insidiatus.

F I N I S.

ANNOTATIONES

IN SCUTUM HERCULIS.

1. H" οἵη) Dubitari a multis solet, quid sibi velit hoc ἀκαρίδιον initium, quod & abruptum videtur, & obscurum, ideoque varie absurdeque a multis est expositum. Nos igitur ex G. Cantero declarationem ejus evidentem adferemus (cujus ille L. Auratum sibi auctorem esse profitetur) qua omnis omnino difficultas tolli videtur. Est autem res paulo altius repetenda. Hesiodus inter cætera, quæ Pausanias in Bœoticis enumerat, scripsit etiam μεγάλας ἠοίας, ut vocat idem Pausanias, & præterea Athenæus, & Apollonii, Pindari, Sophoclis interpres: in quibus præclarissimas quasque mulieres & heroinas perpetuo carmine celebravit, ut vel singulas pro exemplo nobis proponeret, vel unam aliquam præclarissimam cum reliquis compararet. Hinc enim dictæ sunt ἠοῖαι, quod singulæ similitudines ab his vocibus, ἢ οἵη, inciperent: sicut & in Homeri Bœotia factum cernimus, & apud Hebræos in Pentateucho. Quocirca etiam contigit, ut ἠοίας posteriores Poetæ, & inter alios Hermesianax Colophonius, Hesiodi fuisse amicam putarint, quam hoc modo celebraverit: ut & Homerus Penelopen, & alii alias. Earum igitur ἠοιῶν fragmentum est, quod hodie exstat, Scutum Herculis, quo una comparatio earum, quibus totum opus constabat quamplurimis, continetur; itaque & ab ἢ οἵη, sicut etiam reliquæ, incipit. Et quamvis hoc opusculum magni sit operis fragmentum, proprio tamen insignitur nomine (ut antea diximus & scutum Herculis vocatur, quod ejus præcipua sit in hac comparatione descriptio; sicut apud nos Somnium Scipionis dicitur. Hæc igitur de ipsis vocabulis initii. Orditur autem Poeta a commendatione Alcmenæ, quę Amphitryonem patris interfectorem Thebas secuta est.

7. Κυανεάων) Religio fuit in versu qui tam male haberet mutare quicquam viris doctis, quod ignorarent rationes poeticas. Legendum κυανεοιῶν.

13. E'ς Θήβας ἱκέτευσε) I'κετεύειν, hoc loco, ξενίζειν, μετοικίζεσθαι, ἐπὶ βοηθείᾳ. ἱκέτευσε ἐς Θήβας Καδμείους, nihil aliud est, quam εἰς Θήβας ἐπὶ βοηθείᾳ τοὺς Καδμείους ἐπῴχετο: Thebanos auxilii causa petebat: Vel, Thebas imploraturus auxilium Cadmæorum proficiscebatur. Quæ ἱκετεία veteribus & ducibus erat usitatissima.

15. Νόσφιν) Declarat occasionem suscepti belli ab Amphitryone.

22. O" οἱ Διόθεν θέμις ἦεν) Vox θέμις hic τὸ ἀναγκαῖον designat, sicut ex imitatione Græcorum apud Latinos sæpe, & præcipue Horatium: *Quicquid corrigere est nefas*, ὅπερ διορθώσασθαι ἀδύνατον, & per consequens, ὅπερ μὴ καθορθώσασθαι ἀνάγκη ἔχει, vel ἀναγκαῖόν ἐστι. Cæterum vox Διόθεν ad juramentum spectat quod præcesserat. Qui-

cun-

cunque ergo juramento se obstringit, illum urget Διὸς θέμις, aut θέμις Διόθεν: quare jusjurandum, *Jovisjurandum* dixerunt veteres.

29. Α'ιδρείῃσι) Legitur etiam φυτλᾶσαι.

36. Εὐνῇ) Sunt exempl. quæ habent Εὐνῇ ἐν φιλότητι.

90. Ὅς προλιπὼν) Multa exemplaria & quædam MSS. pro δόμον hic habent δῶρα, non sine magno fœdoque errore: cui tamen facillimum erat mederi, vel eo modo quo nos fecimus, vel sic, Ὅς προλιπὼν δῶμα σφέτερον σφετέρους.

92. Σχέτλιος) Hic etiam pro μάλα, e Palatin. cod. reposuimus πολλὰ, ut constet versus.

91. Αὐτὰρ) Pro ἐπετέλλετο legitur etiam ἐπέτελλεν. MS. Palatin. priori assentitur.

103. Ἠ' θεῶ) Ita C. Palat. Alii ὦ θεῶ.

105. Ὅς Θήβης) Fuit & Thebe in Ægypto, a Busiride rege condita, ambitu centum quadraginta stadiorum, centum portis insignis. Præterea etiam Thebe in Bœotia fuit a Cadmo Agenoris filio condita, quam Amphyon muris ornavit, Bacchi & Herculis patria.

114. Φυλόπιδα) Palat. φέρτερα.

116. Θυμῷ) Nonnulli codices habet μυθῷ.

118. Ἰόλαε) Nomen peritissimi aurigæ, quasi dicas, ἰὸς τοῦ λαοῦ, jaculum seu telum populi.

122. Ὀρειχάλκοιο) Orichalcum, æs montanum. Schol. Hesiodi scribit esse æs candidum, quod in montibus inveniatur, aut materiam quandam metallicam ære pretiosiorem.

123. Ἡφαίστου) Vulcani, quæ vox quibusdam videtur orta ex *Tubalcain*, de quo Genes. 4. 22. sic dicta ab ἅπτω accendo, & αἰστόω destruo.

130. Καββάλλετ') Est alia lectio, quæ pro δ' ἐπιθεῖ, ut est in Palat. habet δέ τοι ἔσχεν.

139. Χερσί) Sequitur jam clypei Herculis elegantissima & admirabilis descriptio. in MS. Palatin. & fere eodem modo Ald. & Flor. editionibus præfixus est titulus huic versui, Ἀρχὴ τοῦ ἐπιγράμματος τῆς ἀσπίδος: quasi vero præcedentia non pertineant ad idem opus.

143. Λαμπόμενον) Alias κυκνοῦ.

153. Σειρίῳ) Quidam malunt, μελαίνῃ: eadem tamen signif.

154. Ἐν δὲ) Est hic ὑποτύπωσις acerrimæ pugnæ. προΐωξις, q. d. prosecutio, vel propersecutio. Interpr. ἐν τούτοις φησὶν ἦν καὶ προδίωξις καὶ ὀπισθοδίωξις, ὥς τινες θεαὶ ἐζωγραφημέναι· καὶ γὰρ οἱ πολέμιοι ποτὲ μὲν διώκουσι, καὶ καλοῦνται τοῦτο προΐωξις, ποτὲ δὲ διώκονται, καὶ καλοῦνται τοῦτο παλίωξις. Igitur παλίωξις est, quum ii, qui fugerant, eos qui fugarant atque vicerant, versa Martis alea insectantur. Huic loco similis est ille apud Virgil. cum Trojana pubes pugnę ciet simulacra sub armis:

Inde alios ineunt cursus aliosque recursus
Adversis spatiis ......
Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula vertunt
Infensi, &c.

165. Ἀμφιτρυωνιάδης) Sunt cum Palat. qui legant θαυμαστά. Τὰ δὲ δαίετο θαυμαστὰ ἔργα. Videtur legisse Diaconus, θαυμαστά, quod glossa sua satis declarat.

167. Κυκνέω) Idem Palatin. & quędam alia exempl. habent Κυάνεοι.

176. Τοὶ δ') Alii malunt κότεόν τε, & irascebantur, seu incendebantur. & ita Palat.

178. Ἐν δ' ἦν) Allusit ad pugnam Lapitharum cum Centauris in nuptiis Pirithoi.

186. Ἄρκτον) Alia exempl. habent Θέρσόν τε.

202. Ἱμερόεν) Deest fortasse articulus, ὁ, vel simile quippiam, ad explendum versum. non aliter tamen Palat.

203. Θεῶν δ' ἄδος ἄγνυτ' Ὄλυμπος) Scribendum omnino existimo: Θεῶν δ' ἔδος ἄγνυτ' Ὄλυμπος. Græcis ἄγνυσθαι, Latinis frangere, est, ἠχώ τινα ἀποτελεῖν, sonitum edere. Unde *fracti fructus* Horatio dicuntur. Et ne quis dubitet, infra dicitur, περὶ δέ σφιν ἄγνυτο ἠχώ. ubi Diaconus interpretatur, ἐκλᾶτο ἡ ἠχώ, sicut hoc loco, ἄγνυτ' Ὄλυμπος, nihil aliud est.

216. Ἐν δ' ἦν) Perseum clypeo antevolantem fingit.

222. Χάλκεον) Quædam exempl. habent, νόημα τοιοῦτο. Palat. νόημ' ἐπὶ τοῦτο.

227. Κυτ') Orci galeam invisibilem facit.

242. Μάρναντ') Quidam legunt Ἀπὸ πύργων.

245. Ἄνδρες) Alii malunt, γῆρας τ' ἐμεμάρπτει.

252. Αἷμα) Legitur etiam μάρπτοιεν. sed cum μεμάρποιεν melius fluit versus. Et supra etiam est ἱέμεναι μαπέειν. & vers. 304. ἱέμενοι μαπέειν.

259. Ἄτροπος) Vel, ἀλλ' ἄρα ἦγε, ut Palat.

276. Χερσὶν) Vel ἀγλαΐαις, ut idem liber.

289. Αἰχμῆς) Nonnulli codices habent κορυνιόεντα, q. d. fastigiatos culmos. Interpr. ῥαβδώδη, καὶ δὲ ἀκάρπιαν ὄγκα.

291. Οἱ δ' ἄρ' ἐν) Pro ἐπίπλειν Palat. & alii legunt ἔπιτνον.

293. Οἱ δ' αὖτ') In hoc & quarto deinceps versu pro ἐς ταλάρους est in nonnullis codicibus, ἐν ταλάροις.

304. Ἱέμενοι) Legitur in Palatin. ἀπαλύξαι.

326. Καὶ σφέας) Alias φωνήσας.

330. Ἄλλο) Legitur etiam, Ἄλλο δέ τοι ἔπος ἐξερέω.

333. Αὐτὸς) Quædam exemplaria, inter quę Palat. habent ἐπὶ νῶτα, pro ἐπιόντα.

344. Αἰγίδ') Περισσειάχητε, idem cod.

356. Τοῦ γὰρ ὀπῆς παῖδα) In Solonis legibus opponebantur βίνειν (male legitur βαίνειν) & ὀπύειν. Hesych. βίνειν, τὸ βίᾳ μίγνυσθαι. τὸ δὲ κατὰ νόμον ὀπύειν.

364. Πεσεῖν) Notandum est hic σάκος poni priore longa, ut & infra vers. 461. quum tamen alibi soleat Hesiodus alios Poetas in corripienda illa syllaba sequi.

372. Ἡνίοχοι) Scribe cum Palat. ἔμπαλιν.

374. Ὡς δ' ὅτ') Comparatio hæc est Homero frequens.

384. Καδ' δ') Hoc Homero & Virgilio semper signum cladis est.

399. Τοὺς τε θέρει) Σπείρωσιν Palatin.

401. Τὴν ὥρην) Lege ὀρυγμαδός.

415. Οὐδ') Scholiastes Græcus Tzetzes scribit Seleucum quemdam legere χαλκός, ut de hasta intelligatur. nam scutum, inquit, non erat æneum.

423. Ἀμφὶ δέ τι βραχὺ, &c.) Τάχεα ποικίλα sunt, sicut Terentio vestis varia, ἡ πολυτελής. Nec discedit multum Diaconus, qui interpretatur κεκαλλωπισμένα ἐν χαλκῷ.

425. Αὐτὸς) Aut retinendum ἐπιόντα, ut supra, aut κροτέοντα, ut in Palatino.

431. Οὐρῇ) Legitur etiam μαστιχόων.

450. Ὦ ἔρατ' ἀλλ' οὐ) Palat. Ἄρηος.

458. Ἔνθ' αὖτ') MS. Ἡρακλῆϊ. editi quidem Ἡρακλεῖ.

CA-

CATALOGUS LIBRORUM

HESIODI,

Quorum plerique omnes interierunt.

Ἔργα καὶ ἡμέραι.
Ἀσπίς.
Θεογονία.
Ἐπικήδειος εἰς Βάτραχον τὸν ἐρώμενον αὐτοῦ.
Ἀστρονομία μεγάλη, ἢ ἀστρικὴ βίβλος.
Ἠοῖαι μεγάλαι, ἢ γυναικῶν κατάλογος.
Κατάλογος.
Αἰγίμιος.
Περὶ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων.
Ἐπιθαλάμιος Πηλέως καὶ Θέτιδος.
Ὑποθῆκαι Χείρωνος.
Γενεαλογίαι ἡρωϊκαὶ, ἢ Ἡρωογονία.
Γῆς περίοδος.

{ Ἔπη μαντικά. / Ἐξήγησις ἐπὶ τέρασιν. } Ex opinione quorumdam Pausanias.

Θεῖοι λόγοι. } distinguuntur a Θεογονίᾳ Hesiodi ejusdem Θεῖοι λόγοι a Maximo Tyrio.

Quidam librum Hesiodi *De Herbis* ex Plinio addunt.

ΗΣΙΟΔΟΥ

ἈΠΟΣΠΑΣΜΆΤΙΑ.

Ex Eustathio.

Οὐρανίη δ' ἄρ' ἔτικτε Λίνον πολυήρατον υἱὸν,
Ὃν δὴ ὅσοι βροτοί εἰσιν ἀοιδοὶ καὶ κιθαρισταὶ
Πάντες μὲν θρηνοῦσιν ἐν εἰλαπίναις τε χοροῖς τε
Ἀρχόμενοι δὲ Λίνον καὶ λήγοντες καλέουσι.

Ex Eodem.

Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέεν, οὐδὲ κατέκλα·
Ἀλλ' ἐπὶ πυραμίνων ἀθέρων δρομάεσκε πόδεσσι.

Ex Eodem.

-------- ἕνεκα Νύμφης
Εὐράμενος ἵλεων μίχθη ἐρατῇ φιλότητι.

Ex Eodem.

Ἐν δίῃ Ὑρίῃ Βοιωτίῃ ἔτρεφε κούρην.

Ex Eodem.

Καὶ γάρ σφιν κεφαλῆφι κατὰ κρύος αἰνὸν ἔχευεν.
Ἄλφος γὰρ χρόα πάντα κατέσχεθεν. ἐν δέ νυ χαῖται
Ἔρρεον ἐκ κεφαλέων. ψίλωτο δὲ καλὰ κάρηνα.

Ex Eodem.

Ὅς τε Λιλαίηθεν προχέει καλλίρροον ὕδωρ.

Ex Eodem.

Τηλεμάχῳ δ' ἄρ' ἔτικτεν ἐΰζωνος Πολυκάστη
Νέστορος ὁπλοτάτη κούρη Νηληϊάδαο
Περσέπολιν μιχθεῖσα διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.

Ex eodem ad Iliad. B.

Νέστωρ οἶος ἄλυξεν ἐν ἀνθεμόεντι Γερήνῳ.

Ibidem.

Κτεῖνε δὲ Νηλῆος ταλασίφρονας υἱέας ἐσθλοὺς
Ἕνδεκα, δωδέκατος δὲ Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ
Ξεῖνος ἐὼν ἐτύχησε παρ' ἱπποδάμοισι Γερηνίοις.

Ex Strabone.

Καὶ κούρην Ἀράβοιο, τὸν Ἑρμάων ἀκάκητα
Γείνατο, καὶ Θρονίη κούρη Βήλοιο ἄνακτος.

Ex

HESIODI
FRAGMENTA.

Ex Eustathio.

URania peperit Linum amabilem filium,
Quem quotquot sunt homines cantores & fidicines,
Omnes lugent in conviviis & choris,
Incipientesque Linum & desinentes vocant.

Ex Eodem.

Per summum spicarum fructum cucurrit, neque rupit,
Sed in acutis aristis cursitavit pedibus.

Ex Eodem.

.... propterea Nympham
Cum invenisset faventem, mistus est amabili concubitu.

Ex Eodem.

In divina Hyria Bœotia nutrivit puellam.

Ex Eodem.

Etenim eorum capitibus effudit frigus grave.
Vitiligo enim cutem omnem tenuit, capilli vero
Defluebant ex capitibus, & decalvabantur pulcra capita.

Ex Eodem.

Quique ex Lilæa profundit pulcre fluentem aquam.

Ex Eodem.

Telemacho vero peperit bene cincta Polycasta,
Nestoris minima natu filia Nelidæ,
Persepolin, mista per auream Venerem.

Ex Eodem.

Nestor solus vitavit in florida Gereno.

Ibidem.

Occidit Nelei laboris ferentes filios fortes
Undecim, duodecimus vero Gerenius eques Nestor,
Peregrinus evasit, apud Gerenios equitandi peritos.

Ex Strabone.

Et filiam Arabi, quem Mercurius innoxius
Genuit & Thronia filia Beli Regis.

Ex

Ex Eodem.

Υἱεῖς ἐξεγένοντο, Λυκάονος ἀντιθέοιο,
Ὅν ποτε τίκτε Πελασγός.

Ex Eodem.

Ἤτοι γὰρ Λοκρὸς Λελέγων ἡγήσατο λαῶν,
Τοὺς ῥά ποτε Κρονίδης Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς
Λεκτοὺς ἐκ γαίης Ἀλέας πόρε Δευκαλίωνι.

Ex Eodem.

Ὤικει δ᾽ Ὠλενίου πέτρην ποταμοῖο παρ᾽ ὄχθαις
Εὐρεῖος Πείροιο.

Ex Eodem.

Ἐξ ὧν οὔρειαι νύμφαι θεαὶ ἐξεγένοντο,
Καὶ γένος οὐτιδανῶν Σατύρων ἀμηχανοεργῶν,
Κούρητές τε θεοί, φιλοπαίγμονες, ὀρχηστῆρες.

Ex Eodem.

Θαῦμά μ᾽ ἔχει κατὰ θυμὸν, ὅσους ἐρινεὸς ὀλύνθους
Οὗτος ἔχει, μικρός περ ἐὼν, εἴποις ἂν ἀριθμόν.

Responsio ex Eodem.

Μυρίοι εἰσὶν ἀριθμὸν, ἄπερ μέτρου γε μέδιμνος.
Εἷς δὲ περισσεύει, τὸν ἐπελθέμεν οὐκ ἐδύναιο.
Ὣς φάτο, καί σφιν ἀριθμὸς ἐτήτυμος εἴδετο μέτρου,
Καὶ τότε δὴ Κάλχανθ᾽ ὕπνος θανάτοιο κάλυψε.

Ex Eodem.

Ὅς παρὰ Πανοπῖδα ······ Γληχῶνά τ᾽ ἐρυμνὴν,
Καί τε δι᾽ Ὀρχομενοῦ εἰλιγμένος εἶσι, δράκων ὥς.

Ex Eodem.

Γλακτοφάγων εἰς αἶαν ἀπήναις οἰκί᾽ ἐχόντων.

Ex Eodem.

Αἰθίοπας Λίβυάς τ᾽ ἠδὲ Σκύθας ἱππημολγούς.

Ex Eodem.

Δωδώνην φηγόν τε Πελασγῶν ἕδρανον ἧεν.

Apud Eundem, ἐκ τῶν Ἠοίων.

Ἢ οἵη διδύμους ἱεροὺς ναίουσα κολωνοὺς,
Δωτίῳ ἐν πεδίῳ πολυβότρυος ἀντ᾽ Ἀμύροιο,
Νίψατο Βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἀδμής.

Ex Pausania.

Ὕηττος δὲ Μόλουρον Ἀρίσβαντος φίλον υἱὸν
Κτείνας ἐν μεγάροις εὐνῆς ἕνεχ᾽ ἧς ἀλόχοιο,
Οἶκον ἀποπρολιπὼν φεῦγ᾽ Ἄργεος ἱπποβότοιο.

Ἵξεν

Ex Eodem.

Filii nati sunt Lycaonis, Diis similis,
Quem olim genuerat Pelasgus.

Ex Eodem.

Certe enim Locrus Lelegon præerat populis,
Quos olim Saturnius Jupiter immortalia consilia agitans
Electos ex terra Aleas dederat Deucalioni.

Ex Eodem.

Habitavit Oleniam rupem, fluvii ad ripas
Benefluentis Piri.

Ex Eodem.

Ex quibus montanæ Nymphæ ortæ sunt,
Et genus nequam Satyrorum malorum facinorum auctorum
Curetesque Dii, ludorum amantes, saltatores.

Ex Eodem.

Admiratio animum meum tenet, qui tot caprificus grossos
Hic habeat, quamvis parvus; dixeris numerum.

Responsio ex Eodem.

Decies mille sunt numero, medimnus sine mensura,
Unus vero superest, quem numerare nequisti.
Sic dixit, & iis verus numerus mensuræ cognitus est.
Tum vero Calchantem somnus mortis texit.

Ex Eodem.

Qui ad Panopidem...... & Gleconem munitam
Et qui per Orchomenum circumvolutus it, ut serpens.

Ex Eodem.

Galactophagorum in terram, habentium domus in plaustris.

Ex Eodem.

Æthiopas, Libyasque, & Scythas, qui equas mulgent.

Ex Eodem.

Dodonamque, & ad fagum Pelasgorum sedem ivit.

Apud Eundem, ex Eoeis.

Aut qualis gemina sacra incolens juga,
Dotio in campo, e regione racemosi Amyri,
Abluit, aqua Bœbeide, pedem virgo intacta.

Ex Pausania.

Hyettus vero Molyrum, Arisbantis carum filium,
Cum occidisset domi, propter concubitum ejus conjugis,
Domo relicta, fugit Argo equos pascente,

Ve-

Γξεν δ' Ὀρχομενὸν Μινυήιον· καί μιν ὅγ' Ἥρως
Δέξατο, καὶ κτεάνων μοῖραν πόρεν, ὡς ἐπιεικές.

Ex Eodem.

Φύλας δ' ὤπυιεν κούρην κλειτοῦ Ἰολάου
Λειποφίλην. ἣ δ' εἶδος ὀλυμπιάδεσσιν ὁμοίη.
Ἡ δέ οἱ ······ υἱὸν ἐνὶ μεγάροισιν ἔτικτεν,
Θηρώ τ' ἠϊδῆ ἰκέλην φαέεσσι σελήνης.
Θηρὼ δ' Ἀπόλλωνος ἐν ἀγκοίνῃσι πεσοῦσα
Γείνατο Χείρωνος κρατερὸν μένος ἱπποδάμοιο.

Ex Scholiaste Apollonii.

Δώδεκα γὰρ Νηλῆος ἀμύμονος υἱέες ἦμεν,
Νέστωρ τε Χρόμιός τε, Περικλύμενός τ' ἀγέρωχος
Ὄλβιος, ᾧ πόρε δῶρα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
Παντοῖ'· ἄλλοτε μὲν γὰρ ἐν ὀρνίθεσσι φάνεσκεν
Αἰετός· ἄλλοτε δ' αὖτε πελέσκετο (θαῦμα ἰδέσθαι)
Μύρμηξ. ἄλλοτε δ' αὖτε μελισσέων ἀγλαὰ φῦλα.
Ἄλλοτε δεινὸς ὄφις καὶ ἀμείλιχος. εἶχε δὲ δῶρα
Παντοῖ', οὐκ ὀνομαστά, τά μιν καὶ ἔπειτα δόλωσε
Βουλῇ Ἀθηναίης.

Ex Eodem.

Θεσσάμενος γενεὴν Κλεαδαίμου κυδαλίμοιο.

Ex Eodem.

Εὖθ' οἵγ' ἠρχέσθην * Αἰνηίῳ ὑψιμέδοντι.

Ex Eodem.

Αἰήτης δ' υἱὸς φαεσιμβρότου ἠελίοιο.

Ex Eodem.

Αὐτὸς δ' ἐν πλήσμῃσι διιπετέος ποταμοῖο.

Ex Scholiaste Pindari & Lycophronis,
ἐν τῇ ἡρωϊκῇ γενεαλογίᾳ.

Ἕλληνες δ' ἐγένοντο θεμιστοπόλοι βασιλῆες,
Δῶρός τε Ξοῦθός τε καὶ Αἴολος ἱππιοχάρμης.
Αἰολίδαι δὲ γένοντο θεμιστοπόλοι βασιλῆες
Κρηθεὺς ἠδ' Ἀθάμας καὶ Σίσυφος αἰολομήτης,
Σαλμωνεύς ἄδικος, καὶ ὑπέρθυμος περιήρης.

Ex eodem Scholiaste Pindari.

Τῇ μὲν ἄρ' ἄγγελος ἦλθε κόραξ ἱερῆς ἀπὸ δαιτὸς
Πυθὼ ἐς ἠγαθέην, καὶ ἔφρασεν ἔργ' ἀΐδηλα
Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ, ὅτε Ἴσχυς γῆμε Κόρωνιν
Εἰλατίδης Φλεγύαο διογνήτοιο θύγατρα.

Ex

Venit vero Orchomenum Minyarum, eumque Heros
Excepit & opum partem largitus est, ut æquum erat.

Ex Eodem.

Phylas compressit filiam clari Jolai
Lipophilen; erat autem forma Deabus similis.
Illa vero ei...... filium domi peperit.
Theronemque pulcram similem radiis Lunæ.
Thero vero cum incidisset in ulnas Apollinis,
Peperit fortem Chironem equorum domitorem.

Ex Scholiaste Apollonii.

Duodecim enim Nelei præstantis filii eramus,
Nestor, Chromiusque, & Periclymenus ferox,
Felix, cui dederat dona Neptunus terræ quassator
Omnis generis; aliquando enim inter aves videbatur
Aquila, aliquando vero erat, (mirabile visu!)
Formica, aliquando apium splendida examina,
Aliquando terribilis serpens, & ferus. Habebatque dona
Omnis generis, quæ dici nequeunt, & eum deinde fefellerunt
Minervæ consilio.

Ex Eodem.

Thessamenus sobolem Cleædemi illustris.

Ex Eodem.

Recteque illi vovebant Æneio supremo.

Ex Eodem.

Æetes vero filius mortalibus illucentis Solis.

Ex Eodem.

Ipse autem in exundationibus fluvii a Jove delapsi.

Ex Scholiaste Pindari & Lycophronis,
in Heroum genealogia.

Græci fuerunt jus dicentes Reges
Dorusque, Xuthusque, & Æolus gaudens equis,
Æolidæque fuerunt jus dicentes Reges,
Cretheus, & Athamas, & Sisyphus versutus,
Salmoneus injustus atque animi præter modum elati.

Ex eodem Scholiaste Pindari.

Venit igitur illi nuncius corvus sacro a convivio,
Pythonem in divinam, & dixit facta ignota
Phœbo intonso, Ichyn duxisse Coronidem,
Ilatidem, Phlegyæ Diogneti filiam.

Ex Eodem.

Τὼδ' Ἀμαρυγκείδης Ἱππόστρατος ὄζος Ἄρηος.
Φυκτέος ἀγλαὸς υἱὸς Ἐπειῶν ὄρχαμος ἀνδρῶν.

Ex Eodem.

Ἥδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή,
Αὐτὸν μὲν σχέσθαι. κρύψαι δ' ἀδόκητον * μάχαιράν τε
Καλήν, ἥν οἱ ἔτευξε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις.
Ὡς τὴν μαστεύων οἶος κατὰ Πήλιον αἰπὺ
Αἶψ' ὑπὸ Κενταύροισιν ὀρεσκῴοισι δαμείη.

Ex Eodem.

Αἴσων, ὃς τέκε θ' υἱὸν Ἰάσονα ποιμένα λαῶν,
Ὃν Χείρων θρέψεν ἐνὶ Πηλίῳ ὑλήεντι.

Ex Eodem, ἐν ὑποθήκαις.

Εὖ νύ τοι ἕκαστα μεταλλᾷ * ἀειδευέτησι.

Ex Eodem.

Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτος ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ
Μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδὴν
Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὃν τέκε Λητώ.

Ex Eodem, ἐκ τῶν Ἠοίων.

Ἢ οἵη Φθίῃ Χαρίτων ἀπὸ κάλλος ἔχουσα
Πηνειοῦ παρ' ὕδωρ καλὴ ναίεσκε Κυρήνη.

Ex Eodem, ex iisdem.

Ἢ οἵη Ὑρίη πυκινόφρων Μυκιονίκη,
Ἣ τέκεν Εὔφημον Γαιηόχῳ ἐννοσιγαίῳ,
Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι πολυχρύσου Ἀφροδίτης.

Ex Eodem.

Ἡ δ' ὑποκυσαμένη τέκεν Αἰακὸν ἱππιοχάρμην.
Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἥβης πολυηράτου ἵκετο μέτρον,
Μοῦνος ἐὼν ἤχαλλε, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Ὅσσοι ἔσαν μύρμηκες ἐπηράτου ἔνδοθι νήσου,
Τοὺς ἄνδρας ποίησε, βαθυζώνους τε γυναῖκας,
Οἳ δή τοι, πρῶτον ζεῦξαν νέας ἀμφιελίσσας,
Πρῶτοι δ' ἱστία θέντο νεὼς κυανοπρῴροιο.

Ex Scholiaste Sophoclis.

Ἔστι τις Ἑλλοπίη πολυλήϊος ἠδ' εὐλείμων,
Ἀφνειὴ μήλοισι καὶ εἰλιπόδεσσι βόεσσιν.
Ἐν δ' ἄνδρες ναίουσι πολύῤῥηνες, πολυβοῦται,
Πολλοί, ἀπειρέσιοι, φῦλα θνητῶν ἀνθρώπων.
Ἔνθα γε Δωδώνη τις ἐπ' ἐσχατιῇ πεπόλισται.

Τὴν

Ex Eodem.

Hanc vero Amaryncides Hippostratus, bellicosus.
Phyšteus inclytus filius, Epeorum dux virorum.

Ex Eodem.

Hoc animo ejus optimum visum est consilium
Ipsum quidem retinere, occultare vero inexspectatum & gladium
Pulcrum, quem ei fabricarat inclytus Vulcanus.
Ut hunc quærens solus, per altum Pelium,
Rursus a Centauris montanis domaretur.

Ex Eodem.

Æson, qui genuit filium Jasonem pastorem populorum,
Quem Chiron nutriit, in Pelio sylvoso.

Ex eodem, in Monitis.

Recte hæc singula quærit * immortalibus.

Ex Eodem.

In Delo primus ego & Homerus Poetæ
Canebamus, novis hymnis fuentes cantionem. (Latona.
Phœbum Apollinem, qui habet aureum ensem, & quem peperit

Ex Eodem, in Eœis.

Aut qualis Phthia, habens formam a Gratiis,
Penei ad aquam pulcra habitabat Cyrene.

Ex eodem, in iisdem.

Aut qualis Hyria prudens Mecionice,
Quæ peperit Euphemum terræ domino & quassatori,
Mista concubitu aureæ Veneris.

Ex Eodem.

Hæc gravida facta peperit Æacum gaudentem equis,
Sed postquam juventutis amabilis attigit mensuram,
Solus cum esset, dolebat; pater vero hominum & Deorum
Quotquot erant formicæ, intra amabilem Insulam,
Eas viros fecit, & mulieres ampla cingula habentes.
Qui primum instruxerunt naves utrimque remis actas,
Et primi vela posuerunt navis nigram proram habentis.

Ex Scholiaste Sophoclis.

Est quædam Ellopia dives segetum & pascuorum,
Abundans ovibus & bobus quibus pedes recurvi.
Inhabitantque eam viri habentes multos agnos, & boves,
Multi, innumeri, genera mortalium hominum.
Illic quædam Dodona, in extremo tractu, condita est.

Hanc

Τὴν δὲ Ζεὺς ἐφίλησε, καὶ ὃν χρηστήριον εἶναι
Τίμιον ἀνθρώποις, ναῖον δ' ἐνὶ πυθμένι φηγοῦ.
Ἔνθεν ἐπιχθονίοις μαντεύματα πάντα φέρονται.
Ὃς δὴ κεῖθι μολὼν θεὸν ἄμβροτον ἐξερεείνῃ
Δῶρα φέρων ἔλθῃσι σὺν οἰωνοῖς ἀγαθοῖσιν.

Ex Eodem.

Ἣ τέκεθ' Ἑρμιόνην δουρικλυτῷ Μενελάῳ,
Ὁπλότατον δ' ἔτεκεν Νικόστρατον ὄζον Ἄρηος.

Ex Eodem.

Ἵκετο δ' εἰς Κρείοντα καὶ Ἡνιόχην.

Ex Æschyli Scholiaste.

Ἡ δ' ὑποκυσαμένη καλλίζωνος Στρατονίκη
Εὔρυτον ἐν μεγάροισιν ἐγείνατο φίλτατον υἱόν.
Τοῦ δ' υἱεῖς τ' ἐγένοντο Δηΐων τε Κλυτίος τε,
Τοξεύς τ' ἀντίθεος, ἠδ' Ἴφιτος ὄζος Ἄρηος.
Τοὺς δὲ μέθ' ὁπλοτάτην τέκετο ξανθὴν Ἰόλειαν
Ἀντιόχη κρείουσα, παλαιὸν γένος Αὐβολίδαο.

Ex Athenæo, ἐν τῷ δευτέρῳ Μελαμποδίας.

------ τῷδε Μάρης θοὸς ἄγγελος ἦλθε δι' οἴκου.
Πλήσας δ' ἀργύρεον σκύπφον φέρε, δῶκε δ' ἄνακτι.

Ex Eodem.

Καὶ τότε μάντις μὲν δεσμὸν βοῦ αἴνυτο χερσὶν,
Ἴφικλος δ' ἐπὶ νῶτ' ἐπεμαίετο τῷ δ' ἐπόπισθεν
Σκύπφον ἔχων ἑτέρῃ, ἑτέρῃ δὲ σκῆπτρον ἀείρας
Ἔστηκεν Φύλακος, καὶ ἐνὶ δμώεσσιν ἔειπε.

Apud eundem, ἐκ τῶν Ἠοίων.

Οἷα Διώνυσος δῶκ' ἀνδράσι χάρμα καὶ ἄχθος.
Ὅστις ἄδην πίνει, οἶνος δέ οἱ ἔπλετο μάργος.
Σὺν δὲ πόδας χεῖράς τε δέει, γλῶσσάν τε νόον τε
Δεσμοῖς ἀφράστοισι· φιλεῖ δέ ἑ μαλθακὸς ὕπνος.

Ex Eodem.

Τὰς δὲ βροτοὶ καλέουσι Πελειάδας.

Ex Eodem.

Εὐρυγύης δ' ἔτι κοῦρος Ἀθηνάων ἱεράων.

Ex Eodem.

-------- καὶ οὐ συνέσχετο καρπόν.

Ex Eodem.

Ἡδὺ γάρ ἐστ' ἐν δαιτὶ καὶ εἰλαπίνῃ τεθαλυίῃ
Τέρπεσθαι μύθοισιν, ἐπὴν δαιτὸς κορέσωνται.

Apud

Hanc amat Jupiter, & suum oraculum esse
Venerandum hominibus, habitans in fundo fagi.
Hinc terrestribus vaticinia quælibet feruntur.
Qui illuc profectus, Deum immortalem interrogarit
Dona ferens, venerit cum bonis avibus.

Ex Eodem.

Quæ peperit Hermionem hasta inclyto Menelao,
Minimum natu peperit Nicostratum Martium.

Ex Eodem.

Venit ad Creontem & Heniochen.

Ex Æschyli Scholiaste.

Gravida vero facta pulcre cincta Stratonice
Eurytum domi peperit carissimum filium.
Cujus filii fuerunt Deion & Clytius,
Sagittarius similis Diis & Iphitus bellicosus,
Post hosce vero minimam natu peperit Joleam
Antiope regina, priscum genus Aubolidæ.

Ex Athenæo, e secundo Melampodiæ.

------ Huic Mares celer nuntius venit, per domum,
Cum implevisset argenteum scyphum tulit, deditque Regi.

Ex Eodem.

Et tunc vates vinculum arcus sustulit manibus,
Iphiclus vero ad humeros instabat ei, a tergo,
Scyphum tenens altera manu, altera vero sceptrum tollens
Stabat Phylacus & inter famulos dixit.

Apud Eumdem, in Eœis.

Qualia Dionysius dedit hominibus gaudium & inimicitiam
Quisquis copiose bibit, vinum vero est ei petulans,
Simulque manus & pedes vincit, linguamque & mentem
Vinculis quæ dici nequeunt, & eum amat mollis somnus.

Ex Eodem.

Quas mortales vocant Peleiadas.

Ex Eodem.

Euryges adhuc puer Athenarum Sacrarum.

Ex Eodem.

-------- nec lædebat fructum.

Ex Eodem.

Dulce enim est, in convivio & in epulo florente,
Recreari sermonibus, postquam convivio saturati sunt.

Apud Stephanum, ἐν Αἰγίνης δ᾽ ἑτέρῳ.

-------- νήσῳ ἐν Ἀβαντίδι δίῃ,
Τὴν πρὶν Ἀβαντίδα κικλήσκον θεοὶ αἰὲν ἐόντες,
Τὴν τότ᾽ ἐπώνυμον Εὔβοιαν βοὸς ὠνόμασε Ζεύς.

Ex Suida.

Ἀλκὴν μὲν γὰρ ἔδωκεν Ὀλύμπιος Αἰακίδῃσι,
Νοῦν δ᾽ Ἀμυθαονίδαις, πλοῦτον δ᾽ ἔπορ᾽ Ἀτρείδῃσιν.

Ex Suida & Polybio.

Αἰακίδας πολέμῳ κεχαρηότας ἠΰτε δαιτί.

Ex Plutarcho.

-------- αἵτ᾽ ἄλσεα καλὰ νέμονται,
Καὶ πηγὰς ποταμῶν, καὶ πείσεα ποιήεντα.

Ex Eodem.

Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
Ἀνδρῶν ἡβώντων, ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος.
Τρεῖς δ᾽ ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται· αὐτὰρ ὁ Φοῖνιξ
Ἐννέα τοὺς κόρακας· δέκα δ᾽ ἡμεῖς τοὺς Φοίνικας
Νύμφαι ἐϋπλόκαμοι κοῦραι Διὸς Αἰγιόχοιο.

Ex Eodem.

Αὐτὸς γάρ μιν ἔτειρεν ἔρως Πανοπηΐδος Αἴγλης.

Ex Clemente Alexandrino.

Μάντις δ᾽ οὐδείς ἐστιν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Ὅστις ἂν εἰδείη Ζηνὸς νόον Αἰγιόχοιο.

Ex Eodem.

Αὐτὸς γὰρ πάντων βασιλεὺς καὶ κοίρανός ἐστιν
Ἀθανάτων· σοὶ δ᾽ οὔτις ἐρήρισται κράτος ἄλλος.

Ex Eodem.

Μουσάων, αἵτ᾽ ἄνδρα πολυφραδέοντα τιθεῖσι,
Θέσπιον, αὐδήεντα.

Ex Eodem.

Ἡδὺ δὲ καὶ τὸ πυθέσθαι ὅσα θνητοῖσιν ἔδειμαν
Ἀθάνατοι δειλῶν τε καὶ ἐσθλῶν τέκμαρ ἐναργές.

Ex Scholiaste Lycophronis.

Ζεῦ πάτερ εἴθε μοι * ἥσσω μὲν αἰῶνα βίοιο
Ὤφελες δοῦναι, καὶ αἴσια μήδεα ἴδμεν
Θνητοῖς ἀνθρώποις, νῦν δ᾽ οὐκ ἐμὲ τυτθὸν ἔτισας,
Ὃς με μακρόν γε ἔθηκας ἔχειν αἰῶνα βίοιο
Ἑπτά μ᾽ ἔτι ζώειν * γενεὰς μερόπων ἀνθρώπων.

Ex

Apud Stephanum, e II. Æginæ.

-------- in divina Insula Abantide,
Quam prius Abantidem vocabant Dii æterni, &
Quam tunc a bove cognominatam Euboeam vocavit Jupiter.

Ex Suida.

Fortitudinem quidem dedit Jupiter Æacidis,
Sapientiam vero Amythaonidis, & divitias largitus est Atridis.

Ex Suida & Polybio.

Æacidas bello gaudentes, ut convivio.

Ex Plutarcho.

-------- quæ nemora amœna habent
Et fontes fluviorum, & pascua herbida.

Ex Eodem.

Novem vivit ætates garrula cornix
Hominum qui juventute florent, cervus vero æquat quatuor cornices,
Tres vero cervos æquans corvus senex fit. Deinde Phœnix
Novem corvos æquat, nos vero decem Phœnices
Nymphæ cincinnatæ filiæ Jovis Ægidem habentis.

Ex Eodem.

Gravis enim eum atterebat amor Panopeidis Æglæ.

Ex Clemente Alexandrino.

Vates nemo est terrestrium hominum,
Qui noverit mentem Jovis Ægidem habentis.

Ex Eodem.

Ille enim omnium rex & dominus est
Immortalium; tecum nemo alius de potentia certarit.

Ex Eodem.

Musarum quæ virum reddunt celebrem,
Divinum, vocalem.

Ex Eodem.

Dulce est resciscere, quæ mortalibus constituerunt
Immortales, malorum & bonorum signum manifestum.

Ex Scholiaste Lycophronis.

Jupiter, utinam mihi minus spatium vitæ
Dedisses & bona consilia sciremus
Mortalibus hominibus. Nunc vero me ne tantillum honorasti,
Qui me longum statuisti habere spatium vitæ,
Septem me vivere ætates varie loquentium hominum.

Ex Eodem.

Τρὶς μάκαρ Αἰακίδη, καὶ τετράκις ὄλβιε Πηλεῦ,
Ὅς τοῖς δ' ἐν μεγάροις ἱερὸν λέχος εἰσαναβαίνεις.

Ex Eodem.

Οἵην μὲν μοῖραν δέκα μοιρῶν τέρπεται ἀνήρ,
Τὰς δέκα δ' ἐμπίπλησι γυνὴ τέρπουσα νόημα.

Ex Eustratio.

Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναὸς ποίησεν ἔνυδρον.

Ex Athenagora.

-------- πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Χώσατ', ἀπ' Οὐλύμπου δὲ βαλὼν ψολόεντι κεραυνῷ
Ἔκτανε Λητοΐδην, φίλον σὺν θυμὸν ὀρίνων.

Ex Scholiaste Arati & Hesiodi.

Φαισύλη ἠδὲ Κορωνὶς, ἐϋστέφανός τε Κλέεια,
Φαιώθ' ἱμερόεσσα καὶ Εὐδώρη τανύπεπλος,
Ἃς Ὑάδας καλέουσιν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων.

Ex Etymologico.

Ὅττι κε χερσὶ λάβεσκεν, ἀείδελα πάντα τίθεσκεν.

Ex Eodem.

Βύβλόν τ' Ἀγχίαλον καὶ Σιδῶν' ἀνθεμόεσσαν.

Ex Porphyrio in antro Nympharum.

Ὥς κε πόλις ῥέζησι· νόμος δ' ἀρχαῖος ἄριστος.

Ex Scholiaste Theocriti.

-------- ὀλίγον δ' ἔσσεται κισσυβίῳ.

Idem ad Id. XI.

Νήπιος ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν ἀνέτοιμα διώκει.

Ex Scholiaste Nicandri.

-------- χρὴ πατρὶ κήλων ἔμμεναι.

Ex Theone.

Καί τε διερχόμενος ἠπειγμένος ἐστὶ δράκων ὥς.

Aspasius in III. Ethicorum Aristotelis.

Ὅτι τὸ πονηρὸς ἐπὶ τοῦ ἐπιπόνου τάττεται καὶ δυστυχοῦς ἱκανὸς Ἡσίοδος παραστῆσαι ἐν ταῖς μεγάλαις ἠοίαις, ἐν αἷς τὴν Ἀλκμήνην ποιῶν (l. ποιεῖ) πρὸς τὸν Ἡρακλέα λέγουσαν.

Ὦ τέκνον ἦ μάλα δή σε πονηρόστατον καὶ ἄριστον
Ζεὺς ἐτέκνωσε πατήρ·

Καὶ πάλιν·

Τέκνον ἐμὸν αἱ μοῖραί σε πονηρότατον καὶ ἄριστον.

ΤΕΛΟΣ.

Ex eodem, in Epithalamio Pelei & Thetidis.

Ter beate Aeacida, & quater beate Peleu,
Qui domi ſacrum lectum conſcendis.

Ex Eodem.

Quali ſorte delectatur vir decem ſortium,
Tales decem implet mulier delectans ſapientia.

Ex Euſtratio.

Argos, quod erat ſine aqua, aquoſum reddidit Danaus.

Ex Athenagora.

-------- pater hominumque & Deorum
Iratus eſt, & ab Olympo jaculatus ardenti fulmine
Occidit Letoidem, ſuam iram excitans.

Ex Scholiaſte Arati & Heſiodi.

Phæſyla & Coronis & bene cincta Cleea
Phæoque amabilis & Eudora amplo peplo,
Quas Hyadas vocant in terra populi hominum.

Ex Etymologico.

Quidquid manibus arripuiſſet, inconſpicua omnia reddebat.

Ex Eodem.

Byblum & Anchialum & Sidonem florentem.

Ex Porphyrio in antro Nympharum.

Ut urbs faciat, lex antiqua optima eſt.

Ex Scholiaſte Theocriti.

-------- parum ſciet Ciſſybio.

Ex Eodem ad Idyll. XI.

Stultus, qui paratis relictis, imparata ſectatur.

Ex Scholiaſte Nicandri.

-------- oportet patri arietem eſſe.

Ex Theone.

Et tranſiens feſtinans eſt inſtar draconis.

Aſpaſius in III. Ethic. Ariſtotelis.

Πονηρὸς *poni pro laborioſo & infelice oſtendere poteſt Heſiodus, in magnis Eœis, in quibus Alcmenam inducit dicentem Herculi:*

O fili, ſane te laborioſiſſimum & optimum
Jupiter genuit pater. *Et iterum:*
Parcæ te, fili mi, & laborioſiſſimum & optimum.

FINIS.

ΟΡΦΕΩΣ
ΥΜΝΟΙ.
ORPHEI HYMNI.

ORPHEI VITA.

Ex Lilii Gyraldi, de Poetarum Historia,
Dialogo II.

VErum ad ipsum Orpheum me converto, qui in tabula non eo depictus erat habitu, quo illum Philostratus, & Callistratus effingunt. Hi enim illum in opaco Heliconis nemore propter Olmei fluenta constituere; sed humero tenus extabat, ut reliquorum imagines Poetarum. Ejus autem caput erat tiara aureis intexta notis ornatum. Non putamus, inquit Piso, hoc te loco multa de Orpheo dicturum, quod scilicet is est ab omnibus cantatus. Ego vero, inquam, Piso, quæ ad tabulam ipsam cum pertinere, tum vobis placitura arbitrabor, non relinquam. Fuere etenim in ea quinque hoc nomine Poetæ, alii licet septem faciant, & duos tantum Herodorus, alterum Poetam, & alterum ex Argonautis unum; quem Herodorum ideo Pherecydes incusat. Non enim Orpheum, sed Philammona in Colchos ad vellus aureum navigasse prodidit. At vero Aristoteles, & eum secutus M. Cicero, nullum fuisse Orpheum putaverunt. Ælianus quoque falsa omnia, & fabulosa esse, quæ de Orpheo traduntur, censuit. Bisaltas enim Thraciæ gentes litteras ignorasse, ejusque nationis id esse proprium asserit. Sed his omissis, Poetas ipsos hoc nomine celebratos commemoremus. Igitur primus Orpheus ex Libethris Thraciæ Poeta fuit, civitate sita sub Pieria. Plinius tamen, & Martianus Sithonem Orphei patriam fuisse contendunt, & ipsa in Thracia. Fuit vero Orpheus Apollinis, & Calliopes filius, id quod Asclepiades comprobat: alii vero Polyhymniæ dixerunt. Orpheus quidem Crotoniata, cujus *Argonautica* extant, primi Orphei suo Poemate formam induisse [illegible] Oeagri fluminis, & Calliopes filium cecinit, [illegible] pinor, alii plerique Poetæ secuti sunt. Hunc ip[illegible] discipulum multi prodidere, qua tempestate apud Hebr[illegible]s Judices rerum summam gerebant, &, ut scribit Suidas, cum Athenien-

sium

sium Regnum dissolutum est. Sunt qui ante Trojanorum tempora eum claruisse velint undecima generatione, ipsumque XI. vel ut alii volunt, IX. generationes vixisse. Generationem vero hoc loco interpretari placuit, quam Græci γενεὰν vocant, Latini tum *ætatem*, tum *sæculum* verterunt. Septem autem annorum spatium γενεὰν significare Auctores tradunt. Unde & Medici ante duas γενεὰς incidi non oportere puerorum venas præcipiunt: atque fortassis de Orpheo ita intelligendum. Nam si aliter velimus intelligere, hoc est, spatium vitæ humanæ, qui fieri poterit, ut Orpheus tamdiu vixerit? tametsi frequenter, cum apud alios, tum præcipue in Hebræorum historiis usurpetur. Plutarchus, & Heraclitus, & cum his Suidas, & Grammatici quidam, spatium XXX. annorum γενεὰν existimavere, quo pacto Homerus, & ab eo nostri Latini, Nestorem tradunt tres γενεὰς, & tria sæcula, & tres ætates vixisse. Censorinus quidem, *Qui annos*, ait, *XXX. sæculum putaverunt, multum videntur errasse. Hoc enim tempus γενεὰν vocari quidam sunt Auctores, quia orbis ætatis in eo sit spatio. Orbem autem vocant ætatis, dum natura humana ad sementem revertitur. Hoc quidem γενεᾶς tempus alii aliter definiere. Heraclitus annos V. & XX. scribit dici γενεὰν, Zenon XXX.* Quibus Censorini verbis videtur error inesse. Nam Plutarchus in eo dialogo, quo, cur Oracula defecerint, causas inquirit, super Hesiodi versibus, qui de ætatibus apud eum leguntur, & quorum Plinius in VII. meminit, γενεὰν ex Heracliti sententia XXX. esse annorum ait, ubi & alia pleraque recitat, inter quæ & illud, aliquos centum & octo annorum γενεὰν constituisse, vitæque humanæ dimidium quatuor & quinquaginta annos esse. Reliqua subtilius disputata a Cleombroto, & Demetrio Tarsense mitto, & item mitto, quæ multa Artemidorus in secundo *Onirocriticὸn* scribit, quo loco de vitæ temporibus agit & numeris. Aurelius Augustinus in cujusdam Psalmi commentario, γενεὰν existimavit quintum decimum [illegible] non [illegible]edere. Alia præterea multa γενεὰ significat, [illegible]philus, & alii Græcorum Grammatici enumera[illegible] Orpheum jam redeo, qui novem γενεὰς, illas dico [illegible]ptennes, vixit, qui numerus scalarem, hoc est, climactericum conficit, nimirum LXIII. omnibus fatalem,

lem, ut putant Mathematici, & præcipue præstantibus viris, ut Aristoteli contigit, & M. Tullio. Poetæ quidem Orpheum a Ciconum mulieribus discerptum, laniatumque fuisse fabulantur: quo fit, ut (inquit Plutarchus) nunc usque Thraces suas pulsent uxores, ut Orpheum ulciscantur. Causa necis varia a Scriptoribus traditur. Alii quidem ferunt, quod pueriles amores amissa Eurydice uxore excogitaverit. Alii, ut Pausanias tradit, quod, mortua Eurydice, in Thesprotidis locum Aornon cum venisset, ubi necyomantion fuerat, hoc est, ad evocandas mortuorum umbras locus, umbramque ibi Eurydices evocasset, & evanescente illa potiri non potuisset, sibi ipse manum intulit: ad cujus sepulchrum lusciniæ nidos, & pullos habere traduntur, & nusquam suavius canere dicuntur: & hoc quidem, ait Pausanias, Thraces affirmant. Alii sunt, qui scribant ideo discerptum, quod cum Deos omnes laudavisset, Dionysium ab eo prætermissum, qui in eum Bacchas immisit: quod parum mihi constat. Nam & plerique in Bacchum Hymni adhuc leguntur. Alii, quod ipsius Dei arcana publicasset, mysteriaque vulgasset. Alii a Venere ipsas tradunt fuisse immissas mulieres, quod ipsius Orphei mater Calliope inter Venerem, & Proserpinam parum juste de Adoni puero judicavisset. Plures Orpheum fulmine ictum fuisse prodiderunt, quod scribit Pausanias, & Diogenes, qui id etiam carmine comprobat, quod in ipsius funere a Musis positum asserit:

Θρήϊκα χρυσολύρην τῇδ' Ὀρφέα μοῦσαι ἔθαψαν,
Ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς ψολόεντι βέλει.

Orpheus hic positus cithara spectabilis aurea
A Musis, trifido qui Jovis igne perit.

Exstat & alterum, quo illum & Herculis magistrum, litterarumque, & sapientiæ inventorem fuisse docemur, quod nostro nunc vobis potius, quam Græco sermone, recitabo:

Orphea Musarum famulum hic Thraces posuere,
Qui cecidit rapido fulminis igne Jovis.
Filius Oeagri, Alcidæque magister, & idem
Scribendique notas repperit, & sophiam.

Antipater vero Sidonius, & versum heroico pedi junxisse scribit. Ita enim carmen ex ipsius Elegia expressi:

Quique sacros ritus, atque Orgia mystica Bacchi

Rep-

Repperit, heroo & carmina juncta pedi.

Sed enim & ab eo Threscia mysteria sacra dicta sunt, quod videlicet Thracius ipse τελετὰς, & religiones in Græciam induxerit, quod cum alibi, tum nuper in eo libello legi, qui τῶν φώτων ἱστορία inscribitur: unde & *Orpheotelestæ* nuncupati sunt, qui in ejusmodi sacris initiandi auctores erant, & felicitatem certissimam post obitum promittebant, quorum Græcis, Plutarcho præcipue, mentio, qui & dicterium Leontychidæ affert. Orpheum præterea in Græciam Astrologiam, & Magicas artes adduxisse scribit Lucianus in eo libello, quo Astrologiam laudat, & ejus lyram celebrat. Quod autem cantu in sylvis arbores, & feras traxerit, præter ea, quæ paulo ante in Amphione retulimus, attendite quæ de eo Palæphatus scribat: *Cum aliquandiu*, inquit, *Bacchæ in montibus secessissent cum pecoribus, cæterisque, quæ sunt ad victum necessaria, tum cives Orpheum misisse ferunt, qui suadendo eas inde abduceret: at illæ ferulas manibus tenentes Orpheum lyra canentem secutæ sunt, atque inde fabulæ locus datus est*. Varia vero Thraces de Orpheo, & Macedones, itemque Larissæi tradunt, quæ Pausanias commemorat in *Bœoticis*. Tanti vero Orpheum omnis Græcia fecit, ut divinitatem illi attribueret, sed & caput ejus in Lesbo Oracula dedisse testatum reliquit uterque Philostratus, unde & illud de Cyro, τὰ ἐμὰ ὦ Κῦρε σά. Illi enim eamdem, quæ sibi fuit, sortem vaticinatur. Nam cum is Cyrus ad Istrum contra Massagetas, & Essedonas profectus esset, a fœmina, quæ illis populis imperabat, occisus est, & caput ei est a cervice revulsum. Lucianus in Oratione, quæ est ad indoctum, qui multos emptitabat libros, de lyra Orphei, & capite fabulam recitat, quæ quoniam mihi semper placuit, eam nunc vobis, quantum fidelius potero, meis verbis exponam. *Non intempestivum*, inquit, *fuerit si antequam Lesbiam tibi fabulam narravero. Quando Thressæ mulieres Orphea discerpserunt, ferunt caput avulsum simul cum lyra ab Hebro exceptum in mare delatum una natasse, & cecinisse, hoc quidem lamentationem, tamquam ipsi Orpheo funebrem Orationem, lyram vero responsasse ventis chordas impellentibus, atque ita cum cantu ad Lesbum advectum, quod susceptum Lesbii sepelivere, ita ut nunc est Bacchion apud ipsos, hoc est,*

Bac-

Bacchi Oraculum. Lyram autem in Apollinis Templo suspenderunt, quo modo multo tempore est custodita. Postea vero cum Neanthus Pittaci tyranni filius lyram ipsam comperisset arbores & feras traxisse, in ejus venit habendæ desiderium, dumque Sacerdotem multis clam oblatis pecuniis corrupisset, ejus lyræ similem alteram in Templo affixit. Verum cum interdiu se in civitate parum tuto esse Neanthus existimaret, sinu lyram recondens noctu in suburbium proficiscebatur, illamque manu sumens pulsabat; sed ut erat rudis, ac ineruditus adolescens, chordas confundebat, confuseque, ac incondite tractabat, cum bellus ipse sibi placens divina quædam cantica ipsa lyra se cantaturum putaret, quibus omnes mulcerentur, seque inde beatum fore Orpheæ scilicet hæredem musicæ. Quæ dum agit, vicini canes eo sonitu exciti, coeuntes Neanthum infelicem citharœdum discerpserunt. Hæc fere quidem ille. Sed ego hac fabella illos illudere soleo, qui cum e Virgilio, aliove Poeta carmen sustulere, tum demum læti, & gloriosi se Poetas esse arbitrantur, atque, ut Neanthus, omne se punctum tulisse, omnemque Poeticam adeptos putant, ac veluti Æsopianus graculus, & Horatii cornicula, alienis induti plumis, bellas se aves arbitrantur, ita se Poetas illi. Isthuc tu quidem, ait Piso, pulchre dixisti, sed quod pace tua dixerim, ipsum te quoque eludis. At ego, numquam, inquam, Piso, ipsum me Poetam credidi, nec tantum nomen ambivi, nedum illud mihi arrogavi, ut qui probe teneam, me primoribus, quod ajunt, labris Poeticæ fontes gustasse. Nam qualis ea, & quanta sit facultas, satis, ut puto, hesterno sermone monstravimus. Si quos tamen, ut fit, interdum ego quoque versiculos feci, ingenue vobiscum fatebor, non ut Poeta, sed ut Poetæ alicujus simiolus feci, & perinde eos supprimo. Verum de Orpheo reliqua, quam ista, rectius dicemus. Ut placet, inquit Piso; de me enim loquens jamdiu stomachabar. Et simul ego: Numquid, inquam, audistis, quæ de maritimis Lyrnessi saxis vocalibus a Græcis traduntur? Sunt vero talia facta cum illuc Orphei lyra delata fuisset, quod scriptum reliquit Philostratus. Vel nos fugit quæ de Orphei columna produnt Macedones? ea quidem ex Dio venientibus offerebatur, super qua hydria, id est, vas lapideum, in quo Orphei reliquiæ asserva-

vabantur. Quo loco fluere dicitur fluvius Helicon, qui per XX. ſtadia occultatur, ea videlicet cauſa, quod cum mulieres Orpheum interemiſſent, & ſe abluere vellent, fluvius ſe abdidit, ne impias mulieres elueret: quod pluribus eſt executus Pauſanias, qui & a Lariſſæis alium ſe audiviſſe ſermonem ſcribit, quod Libethra urbs ſit in Olympo Macedoniæ monte ſita, a quo non longe Orphei monumentum ſit poſitum, datumque a Dionyſio Libethris Oraculum, tum demum funditus a Sue (nomen id torrentis) Libethras interituras, cum Orphei oſſa Sol videret. Cui cum minus Libethrii fidem haberent, contigit tamen longo poſt tempore, cum videlicet paſtor meridiano tempore ſe Orphei ſepulchro acclinaſſet, & obdormiſſet, in ſomniis Orphei verſus ſuavi cantu referret. Cæteri non longe paſtores poſiti accurrentes, ſeque invicem impellentes, ac rixantes, ut quiſque canenti propius eſſet, ipſum monumentum, conditoriumque ſubverterunt, adeo ut, revolutis reliquiis Orphei, eas Sol videret. Tum in ſequenti nocte imber adeo ingens factus eſt, ut Sus fluvius alveum excedens totam regionem influeret, & Libethræ mœnia dirueret, ædeſque everteret. Verum & apud eoſdem Libethrios Orphei ſimulacrum ex cupreſſo confectum fuit, teſte Plutarcho, quod Alexandri Macedonis tempore ſudaſſe perhibetur. Interpretatum id ſcribit Arrianus ab Ariſtandro Telmiſſeo, bene, ac fauſte Alexandro portendere, fore ut Poetæ ſudarent in præclaris ipſius Alexandri geſtis deſcribendis. Fuere & alia ejuſmodi Orphei oracula, & falſa, ut verius dicam, miracula, quæ temporis cauſa mitteremus. Quin illud potius, quod vos libenter audituros arbitror, nunc afferam, quodque ab Juſtino Philoſopho, & Martyre proditum eſt. Ait enim Orpheum, cum in Ægyptum divertiſſet religionis, & ſapientiæ adipiſcendæ cauſa, unius veri Dei pietatem, ac cultum ab Hebræis, ut putatur, didiciſſe, & perinde recantaſſe de iis, quæ ad Deorum multorum ſuperſtitionem, hoc eſt, ut ille Græce uno verbo ait, πολυθεότητα, antea ceciniſſet, ejuſque ea de re pleroſque verſus in medium adducit ad Muſæum ſcriptos, quos quidem & Ariſtobulus Judæus Philoſophus Peripateticus in eo, quem ad Ptolemæum Regem ſcripſit, & Cyrillus Alexandrinus in primo contra Julianum Cæſarem noſtram pietatem calumnian-

tem,

tem, commemorat. Hos vero tu, Piso, versus apud Justinum legito, quem ex Græco Joannes Franciscus pater tuus non multo ante hos annos in Latinum convertit. Sed & quod apud Suidam legi, hoc loco par est, ut vobis afferam. Is igitur scribit, Orpheum virum optimum fuisse, & sapientem, quo tempore apud Judæos Judices erant, ipsumque mysteria, & sacra multa edoctum, librosque illius extare de Dei cognitione, ex quibus hæc esse ait: *In principio æthera primum apparuisse a Deo creatum, & hinc illinc ejus chaos fuisse & noctem, terribilia omnia, & horrenda continentem, omniaque celantem, quæ sub ipso æthere fuerant: id videlicet significantem noctem ipsam priorem fuisse: dixisse quoque incomprehensibilem quemdam, & omnium supremum, ac natu majorem, omniumque opificem, hunc supremum æthera, & terram invisibilem vocasse, lucemque æthera rupisse, & terram illuminasse, omnemque creaturam, & etiam dixisse ipsam lucem supremam omnium, inaccessibilem, omnia continentem, & eam vocasse βουλὼ, φῶς, ζωὼ, id est*, consilium, lucem, vitam, *& insuper tria hæc nomina virtutem unam esse, & potestatem unam Dei ipsius omnium opificis, qui omnia ex eo quod non est, producit in id, quod est, visibilia, & invisibilia, ut nobis ab eo quoquo modo quædam ἁγία τελὰς exprimi videatur*. Subdit idem Scriptor, *ipsum eumdem Orpheum de hominum genere ita statuisse, illud videlicet ab eodem opifice creatum*, si minus Græce placet plasmatum, *rationalemque animam accepisse Mosem secutum, miserum dicentem genus humanum, multisque subjectum animæ, & corporis affectionibus, bonorumque & malorum operum capax, nec non in quæ ad vitam pertinent, misere dispositum*. Et hæc quidem fere ex Suida. Jam vero ad Orphei carmina, quæ fere dubia sunt omnia, & incerta, deveniam, atque a Triasmis exordiar, seu Triagmis, ut quidam malunt, de quibus alibi, hoc est, in Ionis imagine, & quid sint, plane agemus. Compositi hi quidem, ut a plerisque est proditum, ab Orpheo, ab aliis tamen ab Ione tragico Poeta creditum. Sunt & Orphei sacri sermones in XXIV. rhapsodias distincti, in Theognetum Thessalum Poetam relati, sive in Cercopem Pythagoricum, cum quo controversiam Hesiodus exercuisse traditur. Oracula, & πλετιὰ Onomacrito adscribuntur, qui te-

Ἀμέρσης, 2 sing. a. 1. act. subj. a. verbo ἀμέρδω, *privo*. f. σω. ἄμερδε pro ἤμερδε, imperf. Jon. Th. ἀμέρδω, σω, *privo*. α. 331.

Ἀμηχανίη, Jonice, pro ἀμηχανία, *difficultas*, ab ἀμήχανος, *minime cautus*, *perplexus*. ex α priv. & μηχανὴ, *machina*. ἀμήχανον, *inexplicabilem*. ε. 494.

Ἀμήσεις, f. 1. ind. ab ἀμάω, *meto*. Vide paulo ante ἀμᾶσθαι. ε. 438.

Ἀμητὸς, ᾶ, ὁ, *messis tempus*: sed ἄμητος, ου, ὁ, *messis*, ab ἀμάω, *meto*. ε. 382.

Ἄμμες, pro ἡμεῖς, Æolice, *nos*, ab ἐγὼ, *ego*. α. 87.

Ἄμμεσον, pro ἀνὰ μέσον, *in medio*. α. 209.

Ἀμοιβὴν, *talionem*, proprie, *mutationem*, ab ἀμείβω, *muto*. f. ψω. præt. med. ἤμοιβα. ε. 332.

Ἀμολγαίη, *lactea*. ab ἀμέλγω, f. ξω. *mulgeo*, *ich melcke*. ἀμολγὸς, ᾶ, ὁ, *tempus*, *quo mulgentur vaccæ*. ε. 588.

Ἄμοτον, adverb. *insatiabiliter*, *incessanter*. ex α priv. & μοτὸς, ᾶ, ὁ, *linteum carpium*, *quod vulneribus inditur*. α. 361.

Ἄμπαυμα, *solatium*, pro ἀνάπαυμα, ατος. n. g. ab ἀναπαύομαι, *quiesco*. Th. παύω, *finio*, *cesso*. a. 2. ἔπαον. Θ. 55.

Ἀμπέλαγος, *per pelagum*, per syncopen, pro ἀνὰ πέλαγος. θάλασσα, *mare*. sed πέλαγος, εος, τὸ, *maris profunditas*.

Ἀμπυκίδην, acc. a nominativo ἀμπυκίδης, ου, ὁ, *Ampyci filius*. αμ-

ἄμπυξ, υκος, ὁ, idem quod τὸ κάλλυντρον, caliendrum, reticulum muliebre. ab ἀμπέχω, circumdo. α. 181.

Α'μυδις, Æolic. Adverb. idem, quod ἅμα, simul, cum. α. 345.

Α'μύμονα, acc. sing. ab ἀμύμων, ονος, ὁ, ἡ, irreprebensibilis, idem quod ἀμώμητος. & valet idem quod ἄμωμος, qui nihil commisit, τῆ μυγμῆς, h. e. derisione dignum. a μύζω, ξω, derideo. Sic dicitur per syncopen τῆ γάμμα pro ἀμύγμων. ϑ. 264.

Α'μυνοντες, præs. part. ab ἀμύνω, juvo: item arceo, propello. f. νῶ, a. 1. ἤμυνα. p. γκα, α. 140.

Α'μφ' pro ἀμφὶ, idem quod περὶ, circa. ε. 205.

Α'μφαγαπῶντες, præs. part. pl. num. ab ἀμφαγαπάω. ex ἀμφὶ & ἀγαπάω, valde diligo. ε. 58.

Α'μφαράβιζον, imperf. Jon. circumstrepebant. ab ἀμφαραβίζω, circumstrepo. compositum est ex ἀμφὶ, & ἀραβίζω, quod est a Themate ἄραβος, ου, ὁ, strepitus, α.64.

Α'μφεκάλυψε, a. 1. act. ab ἀμφικαλύπτω, circumtego, ex ἀμφὶ, circa, & καλύπτω, tego, f. ψω, p. φα, a. 2. ἐκάλυβον. ε. 167.

Α'μφέπετο, imperf. med. verbi ἀμφέπομαι, circa quidpiam versor, foveo, agito. ἄμφεπε, 3. imperf. act. Jon. verbi ἀμφέπω, persequor, foveo. Th. ἕπω, operor, sequor. ϑ. 696.

Α'μφὶ præpositio, circa, per τμῆσιν separatum circum. ε. 73.

Α'μφὶς Adverb. ε. 701. circum, seorsim.

Α'μφιβάλῃ, aor. 2. med. subj. ab ἀμφιβάλλω, circumjicio, circundo. f. λῶ. p. βέβληκα. a. 2. ἔβαλον. p. m. βέβολα. Th. βάλλω, jacio. ε. 545.

Α'μφι--βάλλ', α. 253. per τμῆσιν, βάλλ' pro ἔβαλλε, Imperf. Jon. Th. βάλλω. α. 255.

Α'μφίβληστρον, ου, τὸ, rete, quod a duobus utrimque projicitur in aquam, ex ἀμφὶ, circum, & βάλλω, jacio. α. 215.

Α'μφιγυήεις, εντος, ὁ, utroque pede claudus, Vulcani epithetum. ex ἀμφὶ, utrinque, & γυῖον, ου, τὸ, membrum. qui claudicat ex utroque pede. ἀμφοτέροις γυίοις, ἢ ποσὶ χωλός. ε. 70.

Α'μφιδάμαντος, genit. ab ἀμφιδάμας, nomen viri, q. d. qui utrimque domat. ex ἀμφὶ & δαμάζω, domo. ε. 654.

Α'μφιδέδηε, est 3. sing. plusq. perfecti medii, a δαίω, divido, convivor, scio, comburo. in a. 2. act. ἔδαον. Hinc est præt. med. δέδηα. Sicut a θάλλω τέθηλα, a καίω κέκηα, &c. α. 62.

Α'μφικαλύψῃ, 3. sing. a. 1. act. subj. ab ἀμφικαλύπτω. Th. καλύπτω, tego. f. ψω, p. φα, a. 2. ἐκάλυβον. ε. 555.

Α'μφιλογίας, acc. pl. disceptationes, quæ fiunt verbis, ab ἀμφιλογία, ubi ex utraque parte contenditur, ex ἀμφὶ, & λέγω, dico. ϑ. 229.

Α'μφιπολεύω, f. εύσω, obambulo, comitor. Th. πολεύω, verso; pro quo Poetice πολεύω, versor. ε.803.

Α'μφιρρύτῳ, dat. ab ἀμφίῤῥυτος, circumfluus, ex ἀμφὶ & ῥύω pro ῥέω, fluo, f. εύσω, p. ἐῤῥύηκα. ϑ. 983.

Α'μφιρὼ, nomen mulieris. 4. contractorum. ex ἀμφὶ, & ῥέω, fluo, &c. ϑ. 360.

Α'μφιτρίτη, nomen mulieris, ex ἀμφὶ, & τρίζω, strido. fut. τρίσω. a circumstrependo. ϑ. 243.

Α'μφιτρύων, Nomen viri, ex ἀμφὶ, circum, & τρύω, attero, macero, vexo, τρύμα proprie, foramen. item veterator. α. 37. hinc

Α'μφιτρυωνιάδης, ου, ὁ, filius Amphi-

phitryonis. per epenthesin τ̃ α metri causa pro ἀμφιτρυωνίδης, ου, ὁ. α. 165.

Ἀμφιχέαι, a. 1. act. infinit. ex ἀμφὶ, & χέω, *fundo*. f. χεύσω. Æol. aorist. 1. act. ἔχευσα, & per syncopen τ̃ σ, ἔχευα, & per novam τ̃ υ syncopen, ἔχεα. p. κέχευκα. perf. pass. κέχυμαι. a. 1. pass. ἐχύθην. ε. 65.

Ἀμφότερος, α, ον, *ambo*. dat. pl. ἀμφοτέροισιν, Jon. α. 177. hinc

Ἀμφοτέρωθεν, *utrinque*, adverb. Th. ἄμφω, *ambo*. θ. 733. α. 171.

Ἀμύμητος, *inculpatus*. ἄμωμος, *qui est absque omni labe*. ex α priv. & μῶμος, ου, ὁ, *probrum*, *dedecus*. item *derisor*. ab Hebr. מום, *macula*. Hinc verbum μωμέομαι, οῦμαι, *cavillor*. proverb. paronomasiasticum. ῥᾷον μωμεῖσθαι ἢ μιμεῖσθαι. α. 102.

Ἀμῶνται, 3. pl. ind. pass. verbi ἀμάω, ῶ, f. ήσω, *meto*. θ. 599.

Ἄν, vocula, seu particula potentialis. Poetæ alioquin pro ea ponunt κε, κεν. ε. 181.

Ἀνὰ, præpositio, pro diversa significatione varios casus regens.

Ἀναβάλλεσθαι, præs. inf. *differre*, *procrastinare*. Th. βάλλω, f. λῶ. *jacio*. ε. 410.

Ἀνάγκη, ης, ἡ, *necessitas*. ὑπ' ἀνάγκης, *necessario*. ε. 15. θ. 517.

Ἄναγον, *ducebant*. 3. pl. imperf. Poetice, pro ἀνῆγον. ab ἄγω, *duco*. f. ξω. p. ἦχα, a. 2. ἤγον. α. 280.

Ἀνάελπτα pl. *insperata*, ab ἀέλπτος, *insperatus*. Th. ἐλπὶς, ίδος, ἡ, θ. 660.

Ἀναιδείᾳ, ex α priv. & αἰδὼς, όος, ἡ, *pudor*. θ. 312. ἀναιδὴς, έος, ὁ, & ἡ. ἀναιδείῃ, dat. sing. Jonice, ut & ἀναιδείηφι. φι enim per paragogen additur, ab ἀναίδεια, *impudentia*. hoc ab ἀναιδὴς, έος, ὁ, ἡ, *impudens*, ex α priv. & αἰδὼς, όος, ἡ, *pudor*. αἰδὼς vero ex α priv. & εἴδω, *video*, ab intuendi fuga. ε. 359. & 324.

Ἀναίτιος, *inculpatus*. ex α priv. & αἰτία, ἡ, *causa*. ε. 827.

Ἄνακτα, acc. sing. ab ἄναξ, *rex*. ἄνακτος. α. 179.

Ἀνάξειν, fut. 1. act. infin. ab ἀνάσσω, *regno*. F. ἀνάξω. p. χα. a. 1. ἤναξα. & Jonic. ἄναξα. Distinguitur ab ἀνάγω. f. ἀνάξω ex sola contextus serie. θ. 491.

Ἀνάπνευστος, *non respirans*. ex α priv. & πνέω, *spiro*, f. πνεύσω. θ. 797.

Ἀνάσσει, præs. ind. vide ἀνάξειν.

Ἀνασσείσασα, *quatiens*, est f. g. part. a. 1. act. Poet. ab ἀνασείω, *quatio*. Thema est σείω, *moveo*. f. σείσω, p. σέσεικα. α. 344.

Ἄνασσον, Jon. & Poetice pro ἤνασσον, 3. pl. imperf. act. ab ἀνάσσω, *regno*. vide ἀνάξειν. θ. 1015.

Ἀναστρωφᾷν, *converte*. præs. infin. act. pro imperativo. Hellenismus. ab ἀναστρωφάω, *verto*. Thema est στρέφω, *verto*. f. ψω. p. ἔστρεφα. α. 2. ἔστραφον. hinc στροφὴ, ῆς, ἡ, *versio*, *flexus*, & hinc στροφάω, *verso*, *circumago*, Poetice στρωφάω, idem. α. 121.

Ἄναυδος, ου, ὁ, ἡ, *mutus*, idem quod ἄφωνος. Th. ἡ αὐδὴ, *vox*. θ. 797.

Ἄναυρος, nomen viri, *sine aura*, *vento*. Th. αὔρα, *aura*, *ventus*. item *torrens*, & tum est ex α, *valde*, & νάω, *fluo*. α. 477.

Ἀναχάσσασθαι, a. 1. med. infinit. Poetice, pro ἀναχάσασθαι, ab ἀναχάζω *recedo*. Them. χάζω. F. άσω, *recedo*. α. 336.

Ἀναφυσιόωντες, præs. part. videtur oriri a φυσιόω, *inflo*. hinc φῦσα, ης, ἡ, *follis*, *blas-balg*. Them. φυσάω, *sufflo*. Sed esse a φυσιάω, *anhelo*, patet ex declinatione hujus part. Nam pro ἀναφυσιῶντες, dicunt Poetæ ἀναφυσιόωντες, ab ἀνα-

ναφυσιάω, ῶ: Poetice ἀναφυσιόω: sicut pro ὁράω, ὁρῶ dicunt ὁρόω, ubi ο μικρὸν præponunt præcedente syllaba brevi, ω vero præcedente syllaba longa. ἀναφυσιόωντας vero ab ἀναφυσιόω, contracte ἀναφυσιῶντες, neque ω habet, neque ο ante se ferre potest. α. 211.

Α'ναψῦξαι, a. 1. act. infin. ab ἀναψύχω, *refocillo*, *recreo*. Sicut ventus æstuantem reficit, ita quies laboribus exhaustum. Th. ψύχω, f. ξω, *refrigero*. ε. 608.

Α'νδιχα, pro ἀνάδιχα, *divisim*, adv. a δίχα, *dupliciter*. Thema. δὶς, *bis*. ε. 13.

Α'νδρα, acc. sing. ἀνδράσι, dat. pl. ut & ἄνδρεσσι, sed hic est Poet. & Jon. ab ἀνήρ, ὁ, *vir*, g. ἀνδρὸς. ε. 271.

Α'νδρογόνος, *viripara*, *quæ parit masculum*. Sermo est de tempestate, seu de die Lunæ. Componitur ex ἀνήρ, ὁ, *vir*, & γείνομαι, *nascor*, quod in præt. med. habet γέγονα. inde γόνος, *generatio*. ε. 785.

Α'νδροκτασίας, accus. pl. *strages*, seu *cædes virorum*, ab ἀνδροκτασία, ας, ἡ, in dat. ἀνδροκτασίῃ, Jon. ab ἀνὴρ, *vir*, & κτείνω, *occido*. f. κτενῶ, p. act. ἔκτακα. præt. med. ἔκτονα. Θ. 228.

Α'νδρομέου, genit. ab ἀνδρόμεος, *virilis*, per syn. speciei, *humanus*, idem quod βρότεος, ἀνθρώπινος. Th. ἀνήρ, ἀνδρὸς, *vir*, α. 256.

Α'νδροφόνοιο, gen. Jon. ab ἀνδροφόνος, *qui virum occidit*. ab ἀνήρ, *vir*, & φένω, *occido*, quod in præt. med. πέφονα, α. 98.

Α'νέηκα, perf. Act. pro ἀνῆκα, Attice. ab ἀνίημι, *remitto*, *relaxo*, f. ἀνήσω. a. 2. ἀνῆν. Th. ἵημι, *mitto*. Θ. 495.

Α'νέθηκα, a. 1. act. ab ἀνατίθημι, *impono*, *dico*. Th. τίθημι, *pono*. ε. 658.

Α'νελόντα, acc. part. a. 2. act. ab ἀναιρέω, *aufero*, *tollo*. in a. 2. act. ἀνεῖλον, in part. a. 2. act. ἀνελὼν, όντος, ὁ. ἀνείλετο, *sustulit*. a. 2. med. ab ἀναιρέομαι, οῦμαι, *aufero*. Th. αἱρέω, ῶ, *capio*, f. ήσω, p. ᾕρηκα. a. 2. εἷλον. ε. 748. Θ. 553.

Α'νεμος, ου, ὁ, *ventus*. ἀνέμοιο, gen. Jon. ἀνέμοισι, dat. pl. Jon. ε. 645.

Α'νεπίξεστος, ου, ὁ, ἡ, *impolitus*, *imperfectus*, ab ἐπιξέω, *in superficie rado*, seu *scalpo*; inde ἀνεπίξεστος, *scalpendo*, aut *dolando non perfectus*. Thema ξέω, *rado*, *polio*. F. ξέσω. ε. 746.

Α'νεπιῤῥέκτων, gen. pl. *nondum confectis*, vel *libatis*, h. e. in mensa appositis. ab ἐπιῤῥέζω, *sacrifico*. Thema, ῥέζω, *facio*. f. ῥέξω, & ἔρξω. p. ἔῤῥεχα. præt. pass. ἔῤῥεγμαι, &c. a. 1. part. ῥεχθεὶς. p. m. ἔοργα & ἔοργα. ε. 748.

Α'νέρ', acc. pro ἀνέρα. Vide in ἄνδρα. ε. 751.

Α'νερειψαμένη, *abripiens*, a. 1. med. part. a verbo ἀνερείπομαι, ex ἀνὰ & ἐρείπω, *everto*, *attraho*. f. ψω. Θ. 990.

Α'νεφαίνετο, imperf. ab ἀναφαίνομαι, *appareo*, *manifestus reddor*. Th. φαίνω, f. ανῶ, *in lucem profero*, p. πέφαγκα, a. 1. ἔφηνα, a. 2. ἔφανον. p. m. πέφηνα. Θ. 710.

Α'νήγαγον, 3. pl. a. 2. Att. *subduxerunt*, pro ἄνηγον, verbi ἀνάγω, *subduco*, f. ἀνάξω, p. ἀνῆχα, a. 1. pass. ἀνήχθην. Th. ἄγω, *duco*. Θ. 626.

Α'νήκεστος, ου, ὁ, & ἡ, ab ἀκέω, *sano*, vel ἀκέομαι, οῦμαι, f. έσομαι, & ήσομαι. Θ. 641.

Α'νήνορα, acc. sing. ab ἀνήνωρ, *iners*, ex α priv. & ἀνήρ, *vir*. ε. 751.

Α'νὴρ, *vir*, ἀνδρὸς, ἀνδρὶ, &c.

Α'νθεῖ, 3. person. præsent. ab ἀνθέω, *floreo*, f. ήσω, p. κα. ab ἄνθος, εος, τὸ, *flos*. ε. 582.

Α'νθεια, ἡ, nomen proprium loci. α. 381.

Α'νθεμόεσσαν, acc. sing. f. g. ab ἀνθεμόεις, εσσα, εν, *floridus*. ab ἄνθεμον, ου, τὸ, *flos*. Th. ἄνθος, εος, τὸ, *flos*. θ. 878.

Α'νθεσιν, dativ. pl. ab ἄνθος, εος, τὸ, *flos*. ε. 75.

Α'νθεῦσι, 3. person. pl. ind. Dorice pro ἀνθοῦσι, & hoc pro ἀνθέουσι, *florent*, ab ἀνθέω, ῶ, f. ήσω. *floreo*. Th. ἄνθος, εος, τὸ, *flos*. ε. 254.

Α'νθη, ης, ἡ, nomen urbis. α. 474. quidam scribunt Α'ντη.

Α'νθρωπος, ου, ὁ, & ἡ, *homo*. apud *Platonem in Cratylo*, ἐτυμολογεῖται, quasi ὡς ἀναθρῶν ἃ ὄπωπε, *attente considerans*, *quae vidit*. vel ita dictus παρὰ τὸ ἄνω ἀθρεῖν, *a sursum aspiciendo*. ε. 472.

Α'νίεσκε, Poetice, pro ἀνίει, 3. pers. imperf. ex ἀνὰ & ἵημι: in imperf. ἀνίην, ης, η. & Poetice, ἀνίεσκον, ες, ε, ut ἐτύπτεσκον pro ἔτυπτον. Sicuti pro ἦν, *eram* Poetæ dicunt, ἔσκον, ες, ε. Them. ἵημι, vel ἕω, *mitto*, f. ἥσω. p. εἷκα. aor. 2. ἦν. aor. 2. imperat. ἕς. θ. 157.

Α'νίην, *tristitiam*, acc. ab ἀνία, Jonice ἀνίη, ἡ, *mœror*. θ 611.

Α'νίκητος, ου, ὁ, & ἡ, *invictus*. a νικάω, *vinco*, f. ήσω. p. νενίκηκα. a. 1. ἐνίκησα. θ. 489.

Α'νιόντα, aor. 2. part. proprie *sursum euntem*, h. e. orientem, ab ἄνειμι: ex ἀνὰ, ἄνω, & εἶμι, *eo*, seu ἵημι, idem quod εἶμι. hinc a. 2. act. ἴον, ες, ε. tanquam ab ἴω, sicut a λείπω est ἔλιπον, &c. ε. 728.

Α'νίπτοισι, dativus pl. Jon. ab ἄνιπτος, ου, ὁ, & ἡ, ex α priv. & νίπτω, ψω, *lavo*. ε. 723.

Α'νιστάμενος, præs. part. ab ἀνίσταμαι, *exurgo*. Th. ἵστημι, *sto*, f. στήσω. p. ἕστηκα. a. 2. ἔστην. ε. 575.

Α'νολβίῃ, dat. Jonice pro ἀνολβίᾳ, *miseriis*. ex α priv. & ὄλβιος, *beatus*. Th. ὄλβιος, ου, ὁ, *felicitas*. q. d. ὅλος βίος. ε. 317.

Α'νόστεος, *inossis*, ex α priv. & ὀστέον, ου, τὸ, os, *ossis*. ε. 524.

Α'νστρέφεται pro ἀναστρέφεται, *percurrit*. ab ἀνὰ, & στρέφω, *verto*, f. ψω. p. φα. a. 2. ἔστραφον. θ. 763.

Α'ντ', pro ἀντὶ, *e regione*. & proinde accentus in prima non debet esse. ε. 727.

Α'ντα, *contra*. Adv. Poet. item *coram*. hinc ἀντάω, *obviam venio*, f. ήσω. ἀντίον, idem quod ἄντα. α. 432.

Α'ντεβόλησεν, a. 1. act. ab ἀντιβολέω, *occurro*, item *nanciscor*. cum Genit. f. ήσω. præt. ἀντιβεβόληκα. Th. βάλλω, *jacio*, *percutio*. α. 439.

Α'ντὶ, præpositio. *pro*, *loco*.

Α'ντία. Adverb. *e regione*, idem quod ἀντίον. ab adj. ἀντίος, α, ον, *ex adverso stans*. Th. ἀντὶ, *pro*. ε. 481.

Α'ντιβίην, *obviam*. Adv. ab ἀντίβιος, *adversus*. ex ἀντὶ & βία, ας, ἡ, *vis*. α. 150.

Α'ντιβολῆσαι, a. 1. act. infinit. Vide ἀντεβόλησεν.

Α'ντίη, Jonice pro ἀντία, ex ἀντίος, *adversus*. Th. ἀντὶ.

Α'ντιφερίζειν, præs. inf. proprie *obvium se offerre*, item *contendere*, f. ίσω. p. κα. ex ἀντὶ, & φέρω, *fero*. f. οἴσω. a. 1. ἤνεγκα. θ. 609.

Α'ντρῳ, dat. sing. ab ἄντρον, ου, τὸ, *antrum*. θ. 483.

Α'ντυγες, pl. num. ab ἄντυξ, υγος, ἡ, proprie, *ambitus rotæ in curru*: item *orbita*. α. 64.

Α'νύσσας, part. a. 1. act. pro ἀνύσας, Poet. ab ἀνύω, vel ἀνύτω & ἀνύττω, *perficio*. a. 1. ἤνυσα. Notetur τμῆσις διὰ--ἀνύσσας pro διανύσας metri causa, *emensus*. ε. 635.

Α'νωγα, 1. sing. præt. med. ab ἀνώγω, *jubeo*. f. ἀνώξω, a. 1. ἤνωξα,

ξα, præt. med. ἔαγα, ſeu ἔαγα. ε. 365.

Α῎ξαις, 2. ſing. a. 1. act. opt. ab ἄγνυμι, ſeu ἄγω, *frango*. f. ἄξω. a. 1. ἦξα. ἄξειε. 3. pl. a. 1. act. opt. Æolic. ἄξεια, ας, ε. in 3. pl. ἄξειαν, pro ἄξαιμι, αις, αι, in 3. pl. ἄξαιεν, ε. 435. & 440.

Α῎ξεινος, ε, Poetice pro ἄξενος, *ſine hoſpite*. Th. ξένος, ε, ὁ, *hoſpes*, *peregrinus*. ε. 715.

Α῎ξονα, acc. ſing. ab ἄξων, ονος, ὁ, *axis*, circa axem rota agitur, & circumagitur, axe immoto manente. ε. 424.

Α᾿οιδὴ, ῆς, ἡ, *cantus*. a præt. med. ἤοιδα. Thema ἀείδω, *cano*. ἀοιδῇσι, dat. pl. Jon. ε. 1.

Α᾿οιδὸς, ε, ὁ, *cantor*. Vide ſupra ἀοιδή. ε. 26.

Α῎οικος, ε, ὁ, & ἡ, *domo carens*. ex α priv. & οἶκος, ε, ὁ, *domus*. ε. 602.

Α῎οκνος, ε, ὁ, & ἡ, *impiger*. ex α priv. & ὄκνος, ε, ὁ, *pigritia*, ex ὀ & κινέω, *moveo*, quia pigri ſunt veluti trunci, & vix ſe movent. ε. 485.

Α῎ορ, ἄορος, τὸ, *enſis*. ab ἀείρω, *tollo*, *ſuſpendo*. α. 221.

Α῎ατος, ε, ὁ, *illæſus*. ab ἀτάω, *vulnero*. f. ήσω. α. 157.

Α᾿π᾿, pro ἀπὸ, *ab*. ε. 28.

Α᾿παὶ, præpoſit. pro ἀπὸ, ſicut παραὶ pro παρὰ, &c. poetice. Alia exemplaria habent ἀπὸ. α. 409.

Α᾿παλὰ, *mollia*. h. e. juvenilia. ab ἁπαλὸς, ε, ὁ, & ἡ, *mollis*, quaſi ἁφαλὸς ab ἁφὴ, *tactus*, quia mollia facile tanguntur. hinc ἁπάλοισιν, dat. pl. Jon. pro ἁπάλοις, Θ. 9. & 989.

Α᾿πάλαμνος, *iners*. pro ἀπαλάμνος, ex α priv. & παλάμη, ἡ, unde Latinorum *palma*, *manus*. ε. 20.

Α᾿παλήσεται, *vagabitur*. fut. 1. med. ab ἄλημι vel ἀλάομαι, ῶμαι, *vagor*, *erro*. in fut. ἀλήσομαι. & in compoſ. ἀπαλήσεται. α. 409.

Α᾿παλόχροος, genit. ab ἁπαλόχρες, οος, ὁ, & ἡ, *quæ tenellum*, ſeu *molle corpus habet*, ex ἁπαλὸς, ε, ὁ, *tener*, *mollis*, & χρῶς, οὸς, ὁ, *cutis*. Thema χρόα, *color*. ε. 519.

Α᾿πάνευθε, adverb. idem quod ἄνευ, *ſine*, *abſque*. Θ. 386.

Α᾿πανήνασθαι, *recuſare*. a. 1. med. infinit. ab ἀπαναίνομαι, *recuſo*. a. 1. ἀπηνηνάμην. ex ἀπὸ & ἀναίνομαι, *recuſo*, quod eſt ab αἰνέω, *laudo*; item *aſſentior*. ε. 454.

Α῎παντα, acc. ſing. ab ἅπας, ἅπασα, ἅπαν, *omnis*, & in genit. ἅπαντος, ἁπάσης, ἅπαντος, &c. gen. pl. ἁπασέων, Jonice pro ἁπασῶν, dat. pl. ἅπασι. ex ἅμα, *ſimul*, & πᾶς, omnis. ε. 689.

Α᾿πάντη, *ubique*. adverb. Th. πᾶς, ὁ, *omnis*. Θ. 524.

Α᾿πασέων, gen. pl. Jon. pro ἁπασῶν. Vide in ἅπαντα. Θ. 79.

Α᾿πάτη, ἡ, *fraus*. ex α priv. & πάτος, ε, ὁ, *via*, quum a vera via abducimur. Th. ἀπατάω, *decipio*. hinc ἀπατεὼν, ῶνος, ὁ, *impoſtor*. Θ. 224.

Α᾿πατήσει, f. 1. verbi ἀπατάω, *fallo*. f. ήσω. p. ἠπάτηκα. ε. 46.

Α᾿πεδειροτόμησεν, *caput amputaſſet*, a. 1. act. indicat. ex ἀπὸ & δειροτομέω, *cervicem abſcindo*. ex δέρη, ſeu δειρὴ, ῆς, ἡ. *cervix*, *collum*, & τέμνω, *ſeco*, in præt. med. τέτομα, *reſecui*. Θ. 280.

Α᾿πείρατος, ε, *infinitus*. α priv. & πέρας, ατος, τὸ, *finis*. α. 204.

Α᾿πείρονα, acc. ſing. ab ἀπείρων, ονος, ὁ, ἡ, *infinitus*. ex α priv. & πέρας, ατος, τὸ, *terminus*. ε. 161.

Α᾿πέκτεινεν, 3. ſing. a. 2. act. indic. ab ἀποκτείνω, *occido*. Th. κτείνω, *occido*, f. κτενῶ. p. ἔκ-

τακα. a. 1. ἔκτεινα. a. 2. ἔκτανον. p. m. ἔκτονα. α. 11.

Α'πελάμπετο, imperf. pass. Th. λάμπω, *splendeo*. f. ψω. p. φα. a. 1. ἔλαμψα. α. 72.

Α'πελείβετ', 3. sing. imperf. med. ab ἀπολείβομαι, *destillo*. Th. λείβω, *libo*, *fundo*. f. ψω. p. λέλειφα. α. 174.

Α'πεμνήσαντο, 3. pl. a. 1. med. ab ἀπομιμνήσκω, *recordor*, seu ἀπομνάομαι, Th. μνάομαι, *memoro*, f. μνήσομαι, p. μέμνημαι, a. 1. ἐμνήσθην. θ. 503.

Α'πεόντος, gen. part. pro ἀπόντος, Jonice, ab ἄπειμι, *absum*. part. ἀπὼν, ὖσα, όν. ε. 367.

Α'πέσαιτος, ab ἀπέσας, αντος, ὁ, nomen viri. q. d. *qui non cecidit*. θ. 331.

Α'πέσσυθεν, 3. plur. a. 1. pass. Æolice, vel Bœotice pro ἀπεσσύθησαν, *proruperunt*. sic ἔτυφθεν pro ἐτύφθησαν Æolice, poetice σ duplicatur & ε abjicitur. Th. σεύω, vel σύω, *moveo*, *agito*. f. σω. p. κα. a. 1. ἔσσυα. θ. 163.

Α'πέσσυτο, 3. sing. plusq. perf. pass. pro ἀπεσέσυτο, a σύω, in præt. pass. σέσυμαι, poetice ἔσυμαι, item ἔσσυμαι. θ. 859.

Α'πέχωσιν, *omittant*, *abstineant*. 3. pl. præs. sub. ab ἀπέχω, *abstineo*. f. ἀφέξω. Th. ἔχω, *habeo*. ε. 645.

Α'πήμαντος, ὁ, & ἡ, *illæsus*. Th. πῆμα, τος, τὸ, noxa. unde πημαίνω, ανῶ, *noceo*. hinc & ἀπήμων, ονος, ὁ, & ἡ, *illæsus*. θ. 955. ε. 670.

Α'πὸ--ἤμησε, *demessuit*, a. 1. ind. ab ἀμάω. f. ήσω. Vide in ἤμησε. θ. 180.

Α'πηνὴς, έος, ὁ, ἡ, *immitis*, ex ἀπὸ & ἡνία, *habena*. π non mutatur in φ, more Æolum, qui fugiunt aspirationem. α. 273.

Α'πηύρα, *abstulit*. 3. sing. imperf. act. ab ἀπαυράω, *eripio*. Th. αὔρα, *aura*. ἀπαυράω ergo est quasi τὴν ἀνάπνευσιν ἀφαιροῦμαι, *aufero respirationem*, h. e. occido. α. 428.

Α'πῃωρεῦντο, pro ἀπῃωροῦντο, *suspensi erant*, pl. imperf. med. indic. Dorice pro ἀπῃωροῦντο, ab ἀπαιωρέω, ῶ, *ex sublimi dependeo*. Th. est αἰωρέω, ῶ, *sursum tollo*. f. ήσω. α. 234.

Α'πιστία, ἡ, *diffidentia*, a πίστις, *fides*. Th. πείθω, σω, *persuadeo*. ε. 370.

Α"πλαστος, pro ἀπέλαστος, *cui appropinquare tutum non est*, a πέλας, adverb. prope. *intractabilis*. Alii vertunt, *ineffigiatus*, *informis*. ex α priv. & πλαστὸς, *fictus*, a πλάσσω, *fingo*, & Att. πλάττω. ε. 145. θ. 151.

Α"πλατος, Dorice pro ἄπλητος, & hoc pro ἄπληστος, *magnitudine immensus*, *inaccessus*, per syncopen τοῦ σ. Th. πλήθω, πλέος, *plenus*. vel quidam ἄπλατος, idem esse dicunt cum ἄπλαστος, *cui appropinquare tutum non est*. Th. πέλας (adverb.) *prope*. θ. 153. & 709.

Α'πὸ, *a*, *ab*, præpositio, genit. regens. ἀπὸ δαιτὸς, *a convivio*, h. e. post convivium, ἀπ' ἀρχῆς, *ab initio*.

Α'πογυμνωθεὶς, part. a. 1. pass. ab ἀπογυμνόω, *nudo*. f. σω. Them. γυμνὸς, ὖ, ὁ, *nudus*. ε. 730.

Α'ποδοῦναι, a. 2. act. infinit. ab ἀποδίδωμι, *reddo*. Th. δίδωμι, *do*, f. δώσω, p. δέδωκα, a. 2. ἔδων. ε. 349.

Α'πόδρεπε, præs. imperat. *decerpe*. ab ἀποδρέπω, *decerpo*. f. ψω. hinc δρέπανον, ου, τὸ, *falx*. ε. 611.

Α'πὸ--δῦσαι, *exuere*, *spoliare*, a. 1. act. infinit. ab ἀποδύω, *exuo*. Thema, δύω. Linea hæc -- solet τμῆσιν, notare. Vide in δῦσαι. α. 329.

Α'πὸ--ἔλητας 3. sing. a. 1. med. subj. ab ἀφαιρέομαι. Vide in ἕληται.

Α'ποθέσθαι, a. 2. med. infinit. ab ἀποτίθημι, *depono*. Th. τίθημι. ε. 762.

Α'πηθρώσκωσι, *desiliunt*, 3. plur. præs. subjunct. Th. θρώσκω, *salio*. α. 375.

Α'ποθύμιον, *invisum*, *alienum ab animo*. ex ἀπὸ & θυμὸς, ȣ, ὁ, *animus*. ε 710.

Α'πὸ-κέρσε, *incidit*, 3. sing. a. 1. act. ab ἀποκείρω, *detondeo*. item *decutio*, *spolio*. Th. κείρω. f. κερῶ, & κέρσω. Vide in κέρσε.

Α'ποκρύπτασκε, vel ἀποκρύπτεσκε Jon. pro ἀπέκρυπτε, 3. sing. imperf. activi. α, pro ε, ἀνάμαλον. ab ἀποκρύπτω, *occulto*, *abscondo*. f. ψω. p. κέκρυφα, a. 2. ἔκρυβον, Th. κρύπτω, *abscondo*. θ. 157.

Α'πολείψας, part. a. 1. act. ab ἀπολείπω, *relinquo*, f. ψω. p. φα. a. 2. ἔλιπον, p. m. λέλοιπα. θ. 793.

Α'πολήγοι, 3. sing. præs. act. opt. ab ἀπολήγω, *desino*. Th. λήγω, *cessare facio*. ε. 490.

Α'πόλλυται, 3. person. singul. ab ἀπόλλυμαι, *pereo*, a. 2. med. ἀπωλόμην, *perii*. Th ὄλλυμι, *perdo*, f. ὀλέσω, p. m. ὤλα & Att. ὄλωλα, a. 2. m. ὠλόμην. ε. 765.

Α'πόλλων, ωνος, ὁ, *Sol*, eo notatur, prout Latini dicunt, *Non semper ridet Apollo*. *Plato in Cratylo* derivat παρὰ τὸ ἀπολύειν, quod nos liberet a malis, nempe a frigore, & sterilitate, quæ *Soli* tribui queunt, ceu Dei organo. α. 68.

Α'πόλοιτ', 3. sing. a. 2. med. optat. Vide paulo ante ἀπόλλυται, ε. 46.

Α'πὸ--λῦσαι, a. 1. act. infinit. verbi λύω, *solvo*. Vide λῦσαι.

Α'πομείρεται, *sortitur*, 3. præsent. Th. μείρω, *partior*, seu potius μείρομαι. præt. med. ἔμμορα, pro μέμορα. præt. pass. μέμαρμαι, & Att. εἵμαρμαι. ε. 578.

Α'πονοστήσαντα, acc. part. a. 1. act. ab ἀπονοστέω, *aliunde revertor*. Th. νοστέω, *redeo*. ήσω. ε. 735.

Α'ποπέμπειν, *remittere*. præs. inf. Th. πέμπω, *mitto*. ψω. p. φα. ε. 87.

Α'ποπνείοντα, part. præs. f. g. ab ἀποπνέω, pro πνέω, poetice πνείω, f. πνεύσω, *flo*, *spiro*. θ. 324.

Α'πόπροθι, adverb. *procul*. Thema πρὸ, *ante*. ε. 390.

Α'ποπτάμενος, a. 2. med. part. ab ἀφίπταμαι, *avolo*, ex ἀπὸ & ἵπταμαι, *volo*, *as*. f. πτήσομαι. a. 2. ἔπτην. a. 2. m. ἐπτάμην. part. πτάμενος. θ. 285.

Α'ποπτύουσι, *respuunt*, 3. pl. ind. præs. Th. πτύω, *spuo*. f. πτύσω. p. ἔπτυκα. a. 1. ἔπτυσα. ε. 726.

Α'ποϱνύμεναι, *concitatæ*, præs. pass. part. f. g. pl. num. Th. ὄρνυμι, ὄρνυμαι, pro ὄρω, *excito*. f. ῥῶ; vel ρσω. θ. 9.

Α'ποῤῥαίσειν, fut. 1. act. inf. ab ἀποῤῥαίω, *destruo*. item *careo*. Thema, ῥαίω, *profligo*, *destruo*. f. σω. p. ἔῤῥαικα. θ. 393.

Α'ποῤῥίψειν, *projecturo*. dat. sing. f. 1. part. Th. ῥίπτω, *projicio*, f. ψω. p. φα. p. m. ἔῤῥιπα. α. 215.

Α'ποῤῥύτε, gen. sing. ab ἀπόῤῥυτος, *deorsum fluens*, ἀποῤῥύω. Th. ῥύω idem cum ῥέω. fut. ῥεύσω, *fluo*. ε. 595.

Α'πο--τίμοιο, 2. sing. a. 2. med. opt. ab ἀποτέμνω. Vide in τίμοιο. ε. 425.

Α'ποτίνυται, 3. person. sing. a. τίνυμι & τίνυμαι, idem quod Th. τίω, *punio*, *honoro*. f. σω. ε. 425.

Α'ποτίσῃ, *luat*. a. 1. sub. 3. pers. Th. τίω, *punio*. ε. 260.

Α'ποτμήξας, part. a. 1 act. ab ἀποτμήγω, *abscindo*, f. ξω. a. 2 pass. ἐτμάγην, pro ἀποτέμνω The-

Thema, τέμνω, seco. ε. 190.

Α'περάμενοι, privati, per syncopen, pro ἀπεῤῥαισάμενοι, part. a. 1. med. a verbo ἀπεῤῥαίζω, proprie abduco in montem, Jonice pro ἀφορίζω, extermino, ab ὅρος, ου, terminus, vel ab ὄρος, εος, τὸ, & Jonice οὖρος, εος, τὸ, mons. α. 173.

Α'ποφθιμένου, gen. sing. part. praes. ἀποφθίμενος, mortuus, per syncop. pro ἀποφθιόμενος, verbi ἀποφθίω, perdo. a φθίω, ίσω, perdo. Th. φθίω, corrumpo. Θ. 606.

Α'ποφθινύθουσι, 3. pl. praes. ind. a φθινύθω, perdo. Th. φθέω. ε. 241.

Α'ποφθίσειε, perdiderit, 3. sing. a. 1. act. opt. Æolice pro ἀποφθίσαι. a φθίω, perdo, pro quo etiam dicitur φθινύθω. Th. φθέω. ε. 666.

Α'πύρῳ, dat. sing. ἄπυρος οἶκος, frigida domus. Th. πῦρ, υρὸς, τὸ, ignis. ε. 525.

Α'πώλεσεν, perdidit, a. 1. act. indic. Th. ὄλλυμι, perdo. f. ὀλέσω, p. ὤλεκα, Att. ὀλώλεκα. a. 2. m. ὀλόμην, p. m. ὦλα, Att. ὄλωλα. ε. 246.

Α"ρ, per metathesin pro ῥα, particula expletiva, certe, utique, Θ. 838.

Α"ρ', pro ἄρα. Differunt ἄρα, utique, ἆρα, an, & ἀρὰ, ᾶς, ἡ. precatio: item imprecatio. saepe redundat, & est μόριον συμπληρωματικόν. Vide ε. 49.

Α'ρὴ, execratio, noxa, damnum. Jonice ἀρὴ, ῆς. Θ. 657.

Α'ραβεῦσαι, pl. num. part. praes. f. g. concutientes non sine stridore, Dorice pro ἀραβοῦσαι, ab ἀραβέω, ῶ, strepitum, seu fragorem edo. f. ήσω. p. κα. Th. ἄραβος, ου, ὁ, strepitus, proprie armorum cadentium in terram. δοῦπος, sonus corporum, aut fragor aquarum delabentium. φλοῖσβος, sonus fluctuum in mari. ἦχος, sonus reciprocus. φθόγγος, sonus vocis humanae. βρόμος, sonus ignis crepitantis, τόνος, sonus fidium. κτύπος, sonus ex percussione ortus, &c. α. 249.

Α'ραιὰς, acc. pl. f. g. ab ἀραιὸς, ά, ὸν, rarus, a, um. ⊃c πυκνὸς, densus. ε. 809.

Α"ραξα, a. 1. Jon. pro ἤραξα, & ἄραξεν pro ἤραξεν. a. 1. ind. Jon. ab ἀράσσω. f. ξω. amputo, abscindo.

Α'ραρυῖαι, g. f. pl. num. part. med. ab ἄρω, apto. fut. Æolicum est ἀρσῶ (pro ἀρῶ) unde ἄρσας, ἀρσάμενος, in praet. med. ἦρα, & facta reduplicatione ἄρηρα, poetice ἄραρα. adaptatus fui. α. 271.

Α'ράχνης, ου, ὁ, araneus, & ἀράχνιον, tela aranearum. ε. 475.

Α'ργαῖος, η, ον, Argaeus, ab ἄργος, ου, ἡ, nomen urbis in Peloponneso. Θ. 484.

Α'ργαλέ', pro ἀργαλέα, ab ἀργαλέος, ου, difficilis, pro ἀλγαλέος, ab ἄλγος, εος, τὸ, dolor, priori λ mutato in ρ, ad vitandam κακοφωνίαν. Th. ἔργον. opus. ε. 741. Θ. 880.

Α'ργεῖος, vide paulo ante ἀργαῖος. Θ. 12.

Α'ργειφόντης, Argi occisor, epitheton Mercurii. ex ἄργος, nomen canis; & φόντης per syncopen, pro φονητὴς, occisor, a φονέω, occido, ὅτι ἄργον τὸν κύνα ἀνῆλε, τουτέστι τὰ λυσσώδη & ἄτακτα ἐνθυμήματα. Est interpretatio Tzetzis, quia Argum canem sustulit, hoc est cogitationes furiosas. Th. φένω, occido. ε. 77.

Α'ργέσεω, Genit. Jonicus pro ἀργέσου, ab ἀργέσης, ου, ὁ, piger, ab ἀργὸς, ῦ, ὁ, & ἡ, otiosus. idem quod ἀεργὸς, ex eoque factum per crasin. Th. ἔργον, opus, Θ. 870.

Α'ργέτι, dat. sing. ab ἀργὲς, έτος, έτι, έτα, per μεταβολὴν & συστολὴν dicitur pro ἀργῆτι, ab ἀργῆς, ῆτος, ὁ, *candidus*. Thema ἀργὸς, *albus*.

Α'ργῆν, a nominativo ἄργης, ου, ὁ, nomen proprium Cyclopis. Θ.140.

Α'ργύρεος, έη, εον, *argenteus*, ab ἄργυρος, *argentum*; ab ἀργὸς, est *album metallum*. ἀργυρέῃς, dat. pl. Jon. pro ἀργυρέαις. κ. 225.

Α'ργυροδίνην, acc. a. δίνη, ης, ἡ, *vortex*, *gurges*, h. e. argenteos vortices habentem, & ἄργυρος, ου, ὁ, *argentum*. Θ. 340.

Α'ργυρόπεζα, ης, ἡ, *argenteos pedes habens*. ex ἄργυρος, *argentum*, & πέζα, Dorice *pes*, vel *malleolus pedis*. Θ. 1006.

Α'ργυρῷ, dat. sing. contracte pro ἀργυρέῳ, ab ἄργυρος, ου, ὁ, *argentum*. ε. 144.

Α'ργυφεῖ, pro ἀργυφέϊ, dat. sing. ab ἀργύφεος, pro ἄργυφος, *alba textura constans*. ex ἀργὸς, *albus*, & ὑφὴ, *textura*, ab ὑφαίνω, vel ὑφάω, ῶ, *texo*. Θ. 574.

Α'ρδησκος, ου, ὁ, nomen fluvii. Θ. 345.

Α'ρειον, comp. n. g. ab ἀρείων, masculino, *melior in prælio*, ab ἄρης, εος, ὁ, *Mars*. Th. ἀγαθὸς, *bonus*. ἀρείων, ἄριστος. ε. 158.

Α'ρεος, gen. sing. ab ἄρης, *Mars*, varie flectitur. in Genit. ἄρεος & ἄρηος, item ἄρης, ἄρω, Jonice ἄρεω. ἄρες vocativi casus, ubi η mutatur in ε in χ. contractorum. κ. 98.

Α'ρέσαντο, 3. pl. a. 1. med. ab ἀρέσκω, *placeo*. f. ἀρέσω. a. 1. act. ἤρεσα, *placo*, item *placeo*, p. ἤρεκα. ἀρέσκομαι in a. 1. med. ἠρεσάμην, & poetice ἀρεσάμην, ω, *placavi*. κ. 255.

Α'ρέσθαι, a. 2. med. inf. ab αἴρω, *tollo*, *capio*. f. ἀρῶ. p. ἦρκα. a. 1. ἦρα. a. 2. ἦρον. a. 1. pass. ἤρθην. f. 1. pass. ἀρθήσομαι. Θ. 628.

Α'ρετὴ, ἡ, *virtus*. quasi ab ἀρέσκω, quia per virtutem placemus. ε. 313.

Α'ρῆ, pro ἄρηα, acc. ab ἄρης, εος, ὁ, *Mars*. κ. 477. Θ. 922.

Α'ρηαι, ε. 632. κ. 107. 2. person. sing. a. 2. med. Jonice pro ἄρῃ. ἀρῶμαι, ἄρῃ, ἄρηται. pro ἄρῃ, secunda pers. ἄρηαι. Th. αἴρω. ε. 632. κ. 107.

Α'ρηγέμεν. Jonice pro ἀρήγειν, ab ἀρήγω, *auxilior*. κ. 121.

Α'ρηΐ, dat. sing. ab ἄρης. Α'ρηΐφιλος, *bellicosus*. ab ἄρης, *Mars*, & φίλος, *amicus*. Θ. 317.

Α'ρηΐα, acc. pl. adject. *Mavortia*. ab ἄρης, ηος, ὁ. *Mars*. κ. 108.

Α'ρην, pro ἄρηα. Sic in N. T. legimus συναθέλην pro συναθέτη. Vide Lexicon N. T. κ. 59.

Α'ρηρὼς, p. med. ab ἄρω. Vide supra ἀραρυῖα. Θ. 812.

Α'ρης, *Mars*. gen. ἄρεος, &c. παρὰ τὸ ἄραι, *a tollendo*, Teutonice *trieg von triegen*. Vide in ἄρεος. κ. 192.

Α'ρῆς, gen. Jonic. pro ἀρᾶς, ab ἀρὰ, ᾶς, ἡ, *dira*, *damnum*: item *preces*. κ. 29.

Α'ρητιάδην, ab ἀρητιάδης, ου, ὁ, nomen patronymicum. κ. 57.

Α'ρθεὶς, a. 1. pass. part. ab αἴρω, *tollo*. f. ρῶ. p. κα. a. 1. ῆρα. ε. 549.

Α'ριάδνην, acc. ab ἀριάδνη, ης, ἡ, nomen mulieris. Θ. 947.

Α'ριδείκετα, acc. pl. ex ἀρι in compositione valet *valde*, & δείκετα pro δεικτὰ, ex δείκνυμι, *ostendo*, ἀριδείκετον, *præclarum*, ἀριδείκετ' vocat. pro ἀριδείκετα. Θ. 385. 543.

Α'ρίζηλος, *quem valde æmulamur*, ex ἀρι, valde & ζῆλος, ου, ὁ, *æmulatio*. Sunt tamen qui malint pro ἀρίδηλος accipere, verso δ, in ζ, *clarus*, *præclarus*. ε. 6.

Α'ριμοισιν, dat. pl. Jon. nomen loci, Α'ριμοι. Θ. 977.

Α'ρι-

Ἀρειθόος, nomen viri. ϑ. 977.

Ἄριστος, superl. proprie *bellicosissimus*, per syn. sp. vero *optimus in re quavis*, ab ἀγαθὸς, *bonus*. in comp. ἀρείων, *melior*. Th. ἄρης, *Mars*. ε. 697.

Ἀρκέσει, *arcebit*, f. 1. ab ἀρκέω, f. έσω, *propulso*. p. ἤρκεκα. α. 358.

Ἄρκιος, ȣ ὁ, & ἡ, *promptus*, *utilis*, *sufficiens*, ab ἀρκέω. ε. 370.

Ἄρκτον, acc. ab ἄρκτος, ȣ, ὁ, & ἡ, *ursa*. per metonym. adj. *pars mundi borealis*. α. 186.

Ἀρκτȣ̃ρος, ȣ, *ursæ cauda*, ab ȣ̓ρᾶ, ᾶς, ἡ, *cauda*, & ἄρκτος, ȣ, ἡ, *ursa*. ε. 610.

Ἅρμα, τος, τὸ, *currus*, ab ἄρω, *adapto*. α. 97.

Ἁρμαλιὴν, acc. sing. Jonice, ab ἁρμαλιᾶ, ᾶς, & Jon. ἁρμαλιῆς, ἡ, *cibus*, *demensum*. Th. ἄρω, *adapto*. ε. 767.

Ἄρμενα, *apta*, pro ἀρόμενα, sic & ἄρμενος, in f. g. pro ἀρόμενος, ab ἄρω, *apto*. fut. ἄρσω & ἀρῶ. Sic ἴκμενος pro ἰκόμενος, ubi est syncope & spiritus mutatio Æolica. ε. 407.

Ἁρμονίη, *compages*, ab ἁρμόζω. f. σω, *concinnum reddo*. Vide Th. ἄρω. ϑ. 937.

Ἄρνας, acc. pl. ab ἄρς, ἀρνὸς, ὁ, & ἡ, *agnus*. ϑ. 23.

Ἄρνη, nomen urbis. ἄρνην. α. 475.

Ἀρνῆται, pro ἀρνέηται, 3. singul. præs. med. subj. ab ἀρνέομαι, ȣ̃μαι. f. ήσομαι, *recuso*, *nego*. ε. 408.

Ἄρξασθαι, a. 1. med. infin. ab ἄρχω, *incipio*. f. ξω. p. ἦρχα. a. 1. ἦρξα. ε. 781.

Ἀρόῃς, οῖς, 2. sing. præs. act. subj. ab ἀρόω, ῶ, *aro*. in fut. ἀρόσω. p. ἤροκα. a. 1. ἤροσα. ε. 479.

Ἀρόμμεναι, Poet. pro ἀρόμεναι, hoc Dorice, pro ἀρόειν, *arare*, præs. inf. ab ἀρόω, *aro*. f. όσω. ε. 22.

Ἀρόσῃς, a. 1. act. subj. ab ἀρόω, *aro*. f. όσω. a. 1. act. ἤροσα. ε. 485.

Ἀροτὴρ, ῆρος, ὁ, *arator*. Th. ἀρόω, *aro*. ε. 405.

Ἀρότοιο, genit. Poet. pro ἀρότȣ, ab ἄροτος, ȣ, ὁ, *aratio*: sed ἀροτὸς, ȣ̃, ὁ, *tempus arandi*. Th. ἀρόω, *aro*. ε. 383.

Ἄροτρα, pl. n. g. ab ἄροτρον, ȣ, τὸ, *aratrum*. Th. ἀρόω, aro. ε. 432.

Ἀρȣ̃ν, præs. inf. pro ἀρόειν extra crasin, ἀρόων, præs. part. ab ἀρόω, *aro*. ε. 429.

Ἄρουρα, ἡ, *arvum*, h. e. terra arata, culta. Th. ἀρόω, *aro*. ε. 119.

Ἁρπάζων, præs. part. ab ἁρπάζω, *rapio*. f. σω. & Dor. ξω. p. ἥρπακα. a. 1. ἥρπασα. hinc ἁρπακτὸς, *raptus*, *rapax*. ε. 38. & 684.

Ἅρπαξ, αγος, ὁ, *rapax*. Th. ἁρπάζω. hinc per metathesin est Latinorum *rapax*. ε. 356.

Ἅρπας, acc. pl. ab ἅρπη, ης, ἡ, falx, idem quod δρέπανον. Th. ἁρπάζω, *rapio*. ε. 573.

Ἅρπυιαι, rapaces quædam deæ, ab ἅρπυια, ας, ἡ, *raptrix*. hoc ab ἁρπάζω, *rapio*. ϑ. 267.

Ἀῤῥήκτοισι, *infractis*, dat. pl. Jon. ab ἄῤῥηκτος, *infractus*. Th. ῥήσσω vel ῥήγνυμι, *frango*, f. ξω. a. 2. ἔῤῥαγον, p. m. ἔῤῥηγα. ε. 96.

Ἄῤῥητοι pl. num. *obscuri*, *qui non sunt in ore hominum*, ex α priv. particula, & ῥητὸς. Th. ῥέω, *dico*, f. ῥήσω, p. ἔῤῥηκα. ε. 4.

Ἀρσάμενος, Æolic. pro ἀράμενος, part. a. 1. med. ab ἄρω, *apto*. f. ρῶ, a. 1. ἦρα. α. 320.

Ἄρσενε, *masculos*. dualis numeri, ab ἄρσην, vel ἄῤῥην, *mas*. ἄρσενες. ϑ. 667.

Ἄρτεμις, ιδος, ἡ, *Diana*, ab ἄρτεμις, ιδος, ἡ, nomen Idoli, q. d. ἀρτεμὴς, *perfectus*; vel, ut alii volunt, παρὰ τὸ τὸν ἀέρα τέμνειν. ϑ. 14.

Ἀρτιέπειαι, ex ἄρτιος, *perfectus*; *integer*, & ἔπος, sermo. Th. ἔπω, *dico*. ἀρτιεπὴς, έος, ὁ, ἡ,

ver-

verborum concinnator. Sic & ἡ ἀρτιέπεια, *veridica* dicitur. ϑ. 29.

Ἄρτος, ου, ὁ, *panis*. ε. 442.

Ἀρυσάμενος, part. a. 1. med. ab ἀρύομαι, *haurio*. Th. ἀρύω, vel ἀρύτω, f. σω, *haurio*. ε. 550.

Ἄρχω, *impero*, f. ξω. p. ἦρχα. Ἄρχομαι, *incipio*. imperf. ἠρχόμην. perf. ἦργμαι. a. 1. ἤρχθην. a. 1. m. ἠρξάμην. ἄρχεσθ᾽, pro ἄρχεσθαι, *incipe*. Hellenismus, ubi Infinitivus præs. ponitur pro imperativo. ἀρχώμεσθ᾽, præs. sub. med. pro ἀρχώμεθα. Th. ἀρχὴ, ῆς, ἡ, *principium*. ε. 384. & 709.

Ἅς, acc. pl. ab ὅς, ἥ, ὅ, *qui, quæ, quod*, art. subjunct. α. 6.

Ἄσβεστος, ὁ, & ἡ, *qui extingui nequit*. ex α priv. & σβεστὸς, ex σβέννυμι. f. σβέσω, *extinguo*, p. ἔσβεκα, a. 1. ἔσβεσα. ϑ. 849.

Ἄσβολος, ου, ὁ, nomen proprium auguris. α. 185.

Ἀσίη, *limosa*, Jonice, pro ἀσία, ας, ἡ, ab ἄσις, εως, ἡ, *limus*. ϑ. 361.

Ἀσκητὸς, ἡ, ὸν, nomen verbale, *exercitatus, elaboratus*, ab ἀσκέω, *exerceo*. ε. 546.

Ἄσκρῃ, dat. pro ἄσκρᾳ Jonice, nomen proprium pagi montani, in quo *Hesiodus* fuit educatus. ἄσκρα, ας, ἡ, *quercus sterilis*. ε. 640.

Ἆσσον, adverb. *propius*, pro ἐγγὺς, *prope*, in comparativo ἐγγίων, & ἔσσων, quod etiam dicitur ἄσσων. in neutro genere ἔσσον, & ἆσσον. ϑ. 796.

Ἀσπασίως, adverb. *libenter, cum amplexu*: ab ἀσπάζομαι. f. ἀσομαι, *amplector*. α. 45.

Ἀσπαστὸς, οῦ, ὁ, *amplectendus, optatus*, ab ἀσπάζομαι, *amplector*. α. 42.

Ἄσπετος, ου, ὁ, & ἡ, *quem assequi nequeas, immensus*. ut ἄσπετον ὄλβον, *ingentes opes*. ex α priv. & ἕσπομαι, pro ἕπομαι, *sequor, consequor, assequor*. ε. 379.

Ἀσπίδος, gen. ab ἀσπὶς, ίδος, ἡ, *scutum*, hinc *scuto defendo*. α. 417.

Ἀστεμφὴς, φέος, ὁ, ἡ, pro ἀστεμβὴς, *immotus*: utrumque est usitatum. Th. στέμβω, *assidue moveo*. item *contumelia afficio*. hinc ἀστεμφέως, *firmiter*. ϑ. 812. 878.

Ἀστέρα, accusat. ab ἀστὴρ, έρος, ὁ, *ein stern*. ϑ. 381.

Ἀστερίην, ης, ἡ, nomen mulieris proprium, q. d. *Stellatam*. ϑ. 409.

Ἀστερόενθ᾽, pro ἀστερόεντα, *stellis ornatum*, ϑ pro τ ob sequentem spiritum asperum, ab ἀστερόεις, εσσα, εν, *stellis plenus, a, um*. ϑ. 127.

Ἀστεροπῇ, dat. sing. ab ἀστεροπὴ, *fulgur*. Poetis idem quod ἀστραπὴ, ab ἀστράπτω, *fulguro*. f. ψω. in a. 2. ἤστραπον. præt. med. ἤστραπα. Hinc est ἀστραπὴ, & Poetice ἀστεροπὴ, & ἀστεροπητὴς, *fulgurator*. ab ἀστεροπὴ. α. 322. ϑ. 390.

Ἀστὴρ, έρος, ὁ, *Stella*. ε. 421.

Ἄστρα, pl. ab ἄστρον, τὸ, *astrum, sydus*. Th. ἀστὴρ, έρος, ὁ, *Stella*. ϑ. 120.

Ἀστραῖος, ου, ὁ, nomen proprium viri. ϑ. 378.

Ἄστυ, εος, τὸ, *urbs*, quintæ simplicium. Hinc Latinorum *astutus*. hinc ἀστεῖος, *elegans, bellus, scitus*. ϑ. 91.

Ἀσύμφορος, *incommodus, noxius*, a. σύμφορος, *commodus*. Th. φέρω, f. οἴσω, *fero*. ε. 782.

Ἀσφαλὲς, *tutum*, n. g. hinc ἀσφαλέως, *tuto*. Adverb. Thema σφάλλω, *everto*. ϑ. 128.

Ἀσφοδέλῳ, dat. ab ἀσφόδελος, ου, ὁ, genus plantæ. ε. 41.

Ἄσχετον, acc. ab ἄσχετος, ου, ὁ, *qui coerceri non potest*. ex α priv, & ἴσχω, seu σχέω, *contineo, coerceo*. Th. ἔχω, *habeo*. ϑ. 832.

Ἄτῃσι, dat. pl. Jon. pro ἄταις, ab ἄτη, ης, ἡ, *damnum*. ab ἀτάω, *lædo*. ε. 413.

Ἀτάλ-

Ἀτάλλων, præſ. part. ab ἀτάλλω, *creſco*, *delicate more pueri alor*. Th. ἀταλὸς, ὁ, ὁ, *tener*, *juvenilis*. ε. 131.

Ἀτὰρ, conjunctio, vel αὐτὰρ Poetice, idem quod in proſa ἀλλὰ, *ſed*, vel δέ. α. 470.

Ἀταρτηρὸς, *noxius*, pro ἀτηρὸς, ὁ, ὁ, per pleonaſmum ſyllabæ ταρ. Th. ἄτη, *damnum*, & hoc ab ἀτάω, ῶ, f. ήσω, *lædo*. Θ. 610.

Ἀτάρβητος, *intrepidus*, a ταρβέω, *perterrefacio*. Th. τάρβος, εος, τὸ, *terror*. α. 110.

Ἀτάσθαλος, ὁ, ὁ, & ἡ, *improbus*, ὅπε θάλλει ἡ ἄτη, ubi viget *noxa*. hinc ἀτασθαλία, *peccatum*, *protervia*, *ſtultitia*. εἵνεκ' ἀτασθαλίης *propter improbitatem*. Θ. 996. ε. 261.

Ἀτενῶ, *intento*, ab ἀτενὴς, *intentus*, ex α intenſivo, quod eſt ex ἄγχι, *valde*, & τείνω, *tendo*, f. τενῶ, p. τέτακα. Θ. 661.

Ἄτεκνος, ὁ, ἡ ἡ, *carens ſobole*. a τέκνον, ε, *proles*. Th. τίκτω, f. τέξω, *pario*. a. 2. ἔτεκον, p. m. τέτοκα. ε. 602.

Ἄτερ, *ſine*, *abſque*, idem quod ἄνευ, χωρὶς, δίχα. ε. 91.

Ἀτερπῆ, acc. ſing. ab ἀτερπὴς, έος, ὁ, & ἡ, *injucundus*. Th. τέρπω, *delecto*. ε. 647.

Ἄτη, ης, ἡ, non tantum *damnum* ſignificat, ut eſt proverb. ἐγγύα πάρα δ' ἄτη, *ſponde præſto noxa eſt*: ſed etiam *peccatum*. ἰλιάδ. ἰῶτα. v. 115. ἄτῃσιν. dat. pl. Jon. pro ἄταις. Th. ἀτάω, ήσω, *lædo*. ε. 230. & 216.

Ἀτιμήσουσι, *dehonorabunt*, ab ἀτιμάω, f. ήσω. hoc ab ἄτιμος, *inglorius*. quod eſt a τίω, *honoro*. f. τίσω, præt. act. τέτικα. præt. paſſ. τέτιμαι, unde eſt τιμή. ε. 187. Θ. 395.

Ἀτιταλλέμεναι, Dorice pro ἀτιτάλλειν, per epentheſin τ̃ τι, ἀτάλλειν, præſ. inf. *delicate nutrire*. Vide paulo ante ἀτάλλων. Θ. 480.

Ἀτλαγενέων, genit. pl. ab ἀτλαγενὴς, έος, ὁ, ἡ, *Atlante natus*, ab ἄτλας, αντος, ὁ, & γείνομαι, *naſcor*. Θ. 509. ε. 383.

Ἀτλαντὶς, δος, ἡ, *filia Atlantis*. Θ. 938.

Ἀτμῷ, dat. ſing. ab ἀτμὸς, ὁ, *vapor*. Th. ἀτμὸς, ὁ, ὁ, *flatus*. ab ἄω, *ſpiro*. epentheſis literæ τ. Θ. 862.

Ἀτρεμέωσι, 3. pl. præſ. ſubj. ab ἀτρεμέω, *immotus maneo*. f. ήσω. Th. τρέω. f. τρέσω. *tremo*. ε. 539.

Ἄτροπος, nomen proprium Parcæ, quæ ſic dicitur a *minime parcendo*, κατ' ἀντίφρασιν. ex α priv. & τρέπω, *verto*, quod non poſſit verti, & averti. α. 259.

Ἀτρυγέτοιο, gen Jonic. pro ἀτρυγέτε. ἀτρύγετος, *ſterilis*, *non fructuoſus*, ex α priv. & τρυγὴ, *triticum*, *vindemia*, *ubi nullus eſt fructuum proventus*. Θ. 413.

Ἀτρυτώνη, idem quod ἀτειρὴς, ἡ ἄτρυτος, *indomita*, q. d. nullis laboribus exhauſta: epitheton Minervæ. Th. τρύω, *tero*. Θ. 925.

Αὖ, *iterum*, adverb. ε. 295.

Αὐαλέος, ε, ὁ, *ſiccus*, idem quod αὖος. Th. αὔω, *ſicco*. ε. 588.

Αὐγάσεαι, *reſpicies*. Jonice pro αὐγάσῃ, 2. ſing. fut. 1. med. indic. ab αὐγάζομαι, *video*, *illuſtror*. Th. αὐγὴ, ῆς, ἡ, *ſplendor*, *lux*. ε. 478.

Αὐδὴ, ῆς, ἡ, *vox*, quaſi ab αὔω, *clamo*. Θ. 39.

Αὖον, acc. ab αὖος, η, ον, *ſiccus*. Th. αὔω, *ſicco*. ε. 460.

Αὖθ', pro αὖθι, *rurſus*, ab αὖ, *rurſus*, αὖθις, idem quod αὖθι, *iterum*. Attice ſcribitur per θ. Jonice vero per τ. α. 181. ε. 50.

Αὔλακ', acc. ſing. pro αὔλακα, ab αὔλαξ, ακος, ἡ, *ſulcus*. Dorice ὦλαξ. ε. 443.

Αὐλῆς, gen. ſing. ab αὐλὴ, ἡ, cau-

caula, *domus*, *aula*. ε. 732.

Αὐλητῆρι, dat. ſing. ab αὐλητὴρ, ῆρος, ὁ, *tibicen*, ab αὐλὸς, ου, ὁ, *tibia*. α. 283.

Αὐλίδος, genit. ab αὐλὶς. Nomen loci, αὐλέω, *tibia cano*. ε. 651.

Αὐλοῦ, genit. ſing. ab αὐλὸς, οῦ, ὁ, *tibia*. α. 181.

Αὖον, acc. ſing. Vide αὔην. ε. 743.

Αὖραι, nom. pl. ab αὔρα, ας, ἡ, *aura*, *ventus levior*. ε. 670.

Αὔριον, *cras*, adverb. μεταύριον, *perendie*. ε. 410.

Ἀΰσταλέη, *ſicca*, idem quod αὔη, Vide paulo ante, α. 265.

Αὖτε, adverb. *rurſus*, αὖτ' pro αὖτε, *iterum*, *porro*. αὖτις, *rurſus*. Th. eſt αὖ, *rurſus*. ϑ. 47. ε. 297. ϑ. 654.

Αὗται, pl. num. f. g. ab οὗτος, αὕτη, τοῦτο, *hic*, *hæc*, *hoc*. ϑ. 263.

Αὐτὰρ, ſed. Vide ſupra ἀτάρ. ε. 63.

Αὖτε, pro αὖ, *rurſum*, adv. ε. 126.

Ἄϋτευν, pro ἤϋτευν, *reſonabant*. Dorice 3. pl. imperf. act. ab ἀϋτέω, *clamo*. ab ἀϋτὴ, ῆς, ἡ, *clamor*. Th. αὔω, *clamo*. α. 309.

Αὐτέων, Jonice pro αὐτῶν, in f. g. ab αὐτὸς, *ille*, τὴ, τό.

Αὐτῇς, Jonice pro αὐταῖς. α. 237. ϑ. 64.

Ἀϋτῆς, genit. ſing. ab ἀϋτὴ, *clamor*. Th. αὔω, *clamo*. α. 446.

Αὐτίκα, adverb. *ſtatim*. Th. αὐτὸς, *ipſe*. ε. 70.

Αὖτις, adverb. *rurſum*. Th. αὖ, *rurſus*. ε. 386.

Αὐτόγυον, ου, τὸ, eſt pars aratri, quod vocatur *dentale*. eſt lignum, cui *Vomer* includitur. *Vomer* eſt qui terram ſcindit, & liras ducit. *Buris* eſt curvamen aratri, quod vomerem excipit: *Stiva* vero eſt aratri manica. cæteroquin *Dentale* eſt etiam veluti *cratis dentata*, qua ſemina arvo injecta obruuntur, liræque æquantur. Th. γύα & γύη, ας, ἡ, *arvum*. ε. 433.

Αὐτόθι, *ibi*, adverb. ab αὐτὸς, *ipſe*. ε. 96.

Αὐτομάτη, ſc. ἄρουρα, *ſpontaneum arvum*, h. e. ager inaratus ferebat fruges, αὐτόματος, *ſpontaneus*, ex αὐτὸς, & μάτην, *fruſtra*, *temere*. item *ſine conſilio*, *quod ſponte ſua provenit*. αὐτόματοι, *non accerſiti*, *ſponte venientes*. ε. 103. 119.

Αὐτονόμη, nomen mulieris. Latine *libera*, *ſui juris*. ϑ. 258.

Αὐτονόην, acc. ab αὐτονόη, nomen mul. q. d. quæ ipſa intelligit. a νόος, ου, *mens*. ϑ. 977.

Αὐτὸς, *ipſe*. ε. 270.

Αὐτοσχεδὸν, *prope*, idem quod σχεδόν. adv. α. 190.

Αὐτοφυὴς, έος, οῦς, ὁ, ἡ, *ſua ſponte enatus*. ex, αὐτὸς, & φύω, *gigno*. ϑ. 813.

Αὐτῷ, dat. ſing. ab αὐτὸς, *ipſe*.

Αὐτῷ, pro ἑαυτῷ. ε. 56.

Αὔτως, adv. *fruſtra*, item *ſimiliter*, pro ὁ αὐτὸς. Th. αὐτὸς, *ipſe*. ϑ. 403. 600.

Αὐχένα, acc. ſing ab αὐχὴν, ένος, ὁ, *cervix*. ε. 815.

Ἀφ', pro ἀπὸ, ab. α. 374.

Ἄφατοι, pl. num. *non clari*, *qui non volant per ora virorum*. ex α priv. & φατὸς, *dicendus*, φημὶ, *dico*. ε. 3.

Ἀφαυρότατοι, *imbecillimi*. Th. ἀφαυρὸς, οῦ, ὁ, *imbecillis*. ε. 586. Φαῦρος, Dorice pro φαῦλος, *vilis*, *nullius pretii*. Attice φλαῦρος, α eſt intenſivum ἐπιτατικὸν, ex ἄγαν.

Ἀφείλετο, *abſtulit* 3. ſing. a. 2. med. ab ἀφαιροῦμαι, aufero. hinc ἀφελοῦσα, f. g. part. a. 2. act. ab ἀφαιρέω, *aufero*. Th. αἱρέω, *capio*, f. ήσω, p. ᾕρηκα, a. 2. εἷλον. ϑ. 443. ε. 94.

Ἄφενος, ὁ, vel τὸ, *divitiæ ex uno anno collectæ*, πλοῦτος, *ex multis annis*. ε 24. 637.

Ἄφθιτος, *incorruptibilis*, idem quod ἄφθαρτος. Th. φθίω, f. ίσω, vel φθίω, *corrumpo*. hinc ἄφθιτα μήδεα, *perpetua consilia*. Θ. 545. 389.

Ἄφθονος, ου, *invidia carens*, *copiosus*. Th. φθόνος, ου, ὁ, *invidia*. ε. 119.

Ἀφίκετο, *rediit*, 3. sing. a. 2. med. & ἀφίκεσθε, 2. pl. a. 2. med. sic ἀφίκωνται, 3. pl. a. 2. med. subj. verb. ἀφικνέομαι, *pervenio*. Th. ἱκνέομαι, *venio*, f. ἵξομαι, præt. ἷγμαι, a. 2. med. ἱκόμην. α. 38. 378.

Ἀφνειός, *dives*, poetice pro ἀφνεός. Th. ἄφενος, *divitiæ*. ε. 455.

Ἀφραδίαις, *stultitiis*, ab ἀφραδής, *inconsultus*. Hinc regulariter ἀφραδεία, pro quo Jonice ἀφραδίη & ἀφραδίη, *imprudentia*, *inopia consilii*. Th. φράζω, *dico*. ε. 134.

Ἀφρογενέα, *ex spuma prognatam*, ab ἀφρός, *spuma*, & γένος. hoc a γίνομαι, *nascor*. Epitheton Veneris. Sed omnino metrum videtur postulare, ut sit ἀφρογενῆ. Θ. 196.

Ἀφροδίτη, ης, ἡ, *Venus*, ita dicta, quod e maris spuma ortum habuerit. ε. 65.

Ἀφρός, οῦ, ὁ, *spuma*, α. 389.

Ἄφρων, ονος, ὁ, ἡ, *amens*, ex α priv. & φρὴν, ενός, ἡ, *mens*. ε. 210.

Ἀφύσσαι, pro ἀφύσαι, a. 1. act. infinit. ab ἀφύω, *haurio*, f. σω. pro quo etiam dicitur ἀφύσσω, ξω. ε. 613.

Ἀχαιοί, *Achivi*, quasi ab ἄχος, εος, τὸ, *mœror*, *solicitudo*. ε. 651.

Ἀχελῷος, ου, ὁ, nomen fluvii. Θ. 340.

Ἀχεύων, præs. part. *dolens*, ab ἀχεύω, idem quod ἀχέω, f. ήσω, *doleo*. Th. ἄχος, εος, τὸ, *dolor*. ε. 399.

Ἀχέων, præs. part. ab ἀχέω, & ἀχεύω, idem significant. α. 93.

Ἄχθος, εος, τὸ, *pondus*. ε. 692.

Ἀχιλλῆα, pro Ἀχιλλέα poetice, ab Ἀχιλλεύς, *Achilles*. q. d. ἄχος τῶ λαῶ, *solicitudo pro populo*. Θ. 1007.

Ἀχλύς, ύος, ἡ, *caligo*. α. 264.

Ἀχνύμενος, part. præs. ab ἄχνυμαι, idem quod ἀχέω, *doleo*. Th. ἄχος, εος, τὸ, *dolor*, *mœror*. α. 435.

Ἄχος, εος, τὸ, *dolor*. α. 457.

Ἀχρεῖος, *inutilis*. Th. χρεία, ας, ἡ, *necessitas*, *utilitas*. ε. 402.

Ἀχρήϊος pro ἀχρεῖος poetice, facta dialysi τῆς ει in ηϊ. ε. 297.

Ἄψ, *retro*: item *statim*. adv. ἄψ ἰέναι, *retroire*. α. 257.

Ἀψευδέα, acc. sing. ab ἀψευδής, έος, ὁ, ἡ, *mentiri nescius*, *verus*. Thema ψεύδω, *fallo*, *facio mentiri*. f. σω. propter dimensionem metri hic legendum est ἀψευδῆ. Θ. 233.

Ἄψιν, acc. sing. ab ἀψίς, ῖδος, ἡ, *curvatura in rota*. Th. ἅπτω, *necto*. ε. 426.

Ἀψορρόου, *reciproci*, *refluentis*, ab ἀψόρροος. Dicitur etiam ἄψορρος, ex ἄψ, adverbio, *rursus*, & ῥόος *fluxus*, a verbo ῥέω, *fluo*. in fut. ῥεύσω, in præterito medio ἔρροα, unde est ῥόος, ου, ὁ, & contracte ῥοῦς, *fluxus*. ῥοὴ, ῆς, ἡ, idem. item *fluentum*. Θ. 776.

B.

Βάζοντ', præs. part. *alloquentes*, pro βάζοντε, & hoc pro βάζοντας, a βάζω, *loquor*. f. σω, & ξω, p. χα. atque ita ponitur accusativus dualis pro accusativo plurali. Sed videri posset mendum, quia præcedit τὼ, non τώ. Tum pro ἐπέεσσι esse potest ὄπεσσι, quod æque usitatum est. confer Ὀδυσσ. δ. 597. Nulla est hic hujus anomaliæ necessitas. ε. 186.

Βαθύς, εῖα, ύ, *profundus*, *a*, *um*. Th. βάθος, εος, τὸ, *profunditas*. α. 288.

Βα-

Βαθυδίνην, acc. sing. βαθυδίνης, ου, ὁ, *habens vortices profundos*. Th. δίνη, ης, ἡ, *aquarum vortex*, gurges, & βαθὺς, *profundus*. ε. 171.

Βαθυῤῥείταο, Æolice pro βαθυῤῥείτου, a βαθυῤῥείτης, ου, ὁ, *profunde fluens*. ex βαθὺς, *profundus*, & ῥέω, *fluo*, f. ῥεύσω.

Βαθυχαίτης, ου, ὁ, *qui densam habet cæsariem*. a χαίτη, ης, ἡ, proprie *juba in equo*. per metaph. *coma*, *cæsaries*. & βαθὺς, εῖα, ὺ, *profundus*, *densus*. ϑ. 977.

Βαίνοι, *ascenderit*, præs. opt. verbi βαίνω, *eo*. f. βήσομαι, p. βέβηκα, a. 2. ἔβην. ε. 328.

Βαινουσέων, *euntium*, Jonice pro βαινουσῶν, gen. pl. part. præs. f. g. a βαίνων, ουσα, βαῖνον. Th. βαίνω, *eo*. α. 232.

Βαιὸν, *paulisper*, a βαιὸς, οῦ, ὁ, *parvus*. prov. χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ, *gratia compendiosa consequitur*, confer ε. 142. h. e. brevia sunt grata. ε. 418.

Βαλάνους, acc. pl. a βάλανος, ου, ὁ, glans. ε. 233.

Βάλεν, *demisit*. 3. sing. a. 2. act. a βάλλω, *jacio*. f. λῶ, p. βέβληκα, a. 2. ἔβαλον. & βάλοιο, 3. sing. a. 2. med. opt. βάλλεο, præs. imperat. pass. pro βάλλου, Jonice. p. m. βέβολα. α. 384.

Βαρεῖαν, accus. sing. a βαρὺς, εῖα, ὺ, gravis. Th. βάρος, εος, τὸ, *pondus*, *onus*. ε. 16.

Βαρύθει, *gravatur*. a βαρύθω, idem quod βαρύνομαι, *gravor*. a βαρὺς, *gravis*. Th. βάρος, *onus*. ε. 215.

Βαρύκτυπος, ου, ὁ, *gravistrepus*, *graviter fremens*. a κτυπέω, factum ex τυπέω, *resono*. Th. τύπτω, *verbero*. ε. 79.

Βασιλευέμεν, præs. inf. Jonice pro βασιλεύειν. a βασιλεύω, *impero*. f. σω. Th. βασιλεὺς, έος, ὁ, *rex*. ϑ. 388.

Βασιλεὺς, έος, ὁ, *rex*, q. d. βάσις τοῦ λαοῦ, *fundamentum populi*, βασιλῆος, poetice pro βασιλέος. ϑ. 886.

Βασιλήϊον, *regale*, pro βασίλειον, poetica dialysi, a βασιλεὺς, *rex*. ε. 126.

Βασιληΐδα, acc. sing. a βασιληῒς, ίδος, ἡ, *regius*, *a*, *um*. adjective capitur. ϑ. 462.

Βεβαῶτες, *stantes*. a βάω (pro βαίνω, *eo*) præt. βέβηκα. part. præt. βεβαὼς per syncopen τοῦ κάππα, vel crasin, pro βεβηκώς. Vide in βαίνοι. α. 307.

Βεβριθυῖα, *ingravescens*, præt. med. part. g. f. a βρίθω, *sum gravis*. f. βρίσω, præt. med. βέβριθα. α. 160.

Βέλεα, tela, acc. pl. a βέλος, εος, τὸ, *telum*. ϑ. 684.

Βέλτερον, *melius*, a βέλτερος, Poetice pro βελτίων, comp. ab ἀγαθὸς, *bonus*. superl. βέλτιστος, *optimus*. ε. 365.

Βελλεροφόντης, fuit Glauci regis Ephyræ filius, inclyto decore conspicuus, & virtute maxima. Vide supra ἀργυφεόντης. ϑ. 325.

Βένθεα, acc. pl. a βένθος, εος, τὸ, *profunditas*. Th. βάθος, εος, τὸ, idem. ϑ. 365.

Βῆσαν, *descenderunt*, pro ἔβησαν, 3. pl. a. 2 act. a βαίνω, *eo*. Vide βαίνοι. ε. 153.

Βήσσῃς, *vallibus*, & βήσσῃσιν, dat. pl. Jon. Th. βῆσσαι, αἱ, *valles*. hinc βησσήεις, εντος, ὁ, *saltuosus*. ε. 516. 389.

Βιβὰς, *ingrediens*. part. a. 2. act. a βίβημι. Th. βαίνω, *eo*. Vide βαίνοι. α. 323.

Βίβλινος οἶνος, *vinum Biblinum*, posset videri *vinum Phœnicium*. *Tzetzes* ait, ἀπὸ βιβλίας ἀμπέλου Θρακίας, a vite Thraciæ, quæ dicta fuit βιβλία. ε. 589.

Βίη Jonice pro βία, *vis*, *fortitudo*. *Fortitudo Herculis*, h. e. fortis

tis Hercules. βίηφι, φι est paragoge poetica, & reddit vocem ἀκλιτον, quamvis in dativo ἰῶτα subscriptum maneat. ε. 149. θ. 480.

Βίος, βίου, ὁ, *vita*, ε. 31.

Βιότοιο, *victus*, gen. Jon. pro βιότου, a βίοτος, ου, ὁ, *vita*. Th. βίος, *vita*. ε. 476.

Βλαβερὸς, οῦ, ὁ, *noxius*, a βλάπτω, ψω, *lædo*. ε. 365.

Βλάπτῃ, 3. perf. præf. sub. verbi βλάπτω, f. ψω, *lædo*, *noceo*. p. φα. a. 2. ἔβλαβον. a. 1. ἔβλαψα, hinc a. 1. part. βλάψας. ε. 258.

Βλεφάρων, gen. pl. a βλέφαρον, ου, τὸ, *palpebra*. α. 7.

Βλοσυροῖο, *terribilis*, gen. Jon. pro βλοσυροῦ, a βλοσυρὸς, οῦ, ὁ, *terribilis aspectu*, ὁ τὸ βλέμμα ὑποσύρων. Th. σύρω, ρῶ, *traho*. α. 147.

Βοᾷ, *reboat*, nempe *echo in sylva*. 3. sing. præf. a βοάω, f. ήσω, clamo. ε. 511.

Βοιωτοὶ, *Bœotii*, nomen gentile, a boum pastu. α. 24.

Βολάων, *ictuum*, gen. pl. Æol. a βολὴ, ῆς, ἡ, *ictus*. Th. βάλλω, *jacio*. θ. 683.

Βορέαο, pro Βορέου, Æolice, a Βορέας, Latine, *Boreas*. & βορέω, Jon. pro βορέου, acc. βορέην, pro αν, ε. 506.

Βόσκουσι, *pascunt*, a βόσκω, f. ήσω, p. βεβόσκηκα. θ. 595.

Βότρυς, υος, ὁ, *botrus*, *uva*, acc. pl. βότρυας. ε. 611.

Βουκόλος, ου, & Dorice βωκόλος, *bubulcus*, ex βοῦς, *bos*, & κόλον, τὸ, *cibus*.

Βουλεύσαντι, dat. sing. a. 1. part. a βουλεύω, *consilium do*. f. εύσω. Th. βουλὴ, *consilium*. ε. 366.

Βούλημαι, 2. sing. præf. medii. Jones formant secundam singularem a tertia βούληται extrito τ. atque ita pro βούλῃ usurpant βούλημαι, a βούλομαι, βούλει, *volo*, f. ήσομαι, p. βεβούλημαι, a. 1. pass. ἐβουλήθην. ε. 647.

Βουλῆσιν, βουλῆσι, dat. pl. Jon. a βουλὴ, ῆς, ἡ, *consilium*. ε. 16.

Βοῦς, Dorice, βῶς, ὁ, ἡ, *bos*, *vacca*. g. βοος, acc. βοῦν, bovem, dat. pl. βουσὶν, & βοέσσιν. gen. pl. βοῶν, pro una syllaba, acc. pl. βοῦς & βόας. ε. 348.

Βόων, *clamabant*, pro ἐβόων, 3. pl. imperf. act. a βοάω, ῶ, *clamo*. f. ήσω. α. 243.

Βοῶπις, ιδος, ἡ, *cui bovini sunt oculi & magni*, ideoque *venusti*. ex βοῦς & ὤψ, ὠπὸς, ὁ, *oculus*. Th. ὄπτομαι, *video*. p. m. ὦπα. θ. 355.

Βωτεῖν, præf. inf. a βωτέω, *bobus agitatis aro*. a βοῦς, βοὸς, *bos*, & ὠθέω, f. ήσω, & ὤσω, *trudo*, *pello*. ε. 391.

Βράδιον, *tardius*, a βραδὺς, έος, ὁ, *tardus*. Comp. βραδύτερος & βράσσων, pro βραδίων. Superl. βραδύτατος, & βράδιστος. ε. 328.

Βράχε, 3. sing. a. 2. act. a βράχω, *sonum*, *& strepitum edo*, verbum ὀνοματοπεποιημένον. α. 423.

Βριάει, 3. perf. ind. verb. βριάω, f. άσω, *robustum reddo*, *potens sum*. ε. 5.

Βριάρεως, ω, ὁ, Attice pro Βριάρεος, ου, ὁ, nomen viri, quartæ simplicium ex βρι, particula intensiva, *valde*, & ἄρης, *mars*. q. d. *valde martius*. θ. 149.

Βρίθειν, *implere*. Vide supra βεβριθυῖα. βριθόμενος, ab eodem verbo derivatur. ε. 466.

Βρισάρματος, ου, ὁ, *qui gravat currum*, ex βρίθω, gravo, & ἅρμα, τος, τὸ, *currus*. α. 441.

Βροντὴ, ῆ, *tonitru*. βροντῆς, οῦ, ὁ, nomen viri, vel Cyclopis. hinc βροντάω, ήσω, *tono*. θ. 72. 458.

Βρότεος, ου, *humanus*, hinc & βροτήσιος, idem. Th. βροτὸς, οῦ, ὁ, *mortalis*. ε. 15. 416.

Βρο-

Βροτόεντα, acc. sing. a βροτόεις, *sanie resperſus*, a βρότος, *ſanies*, *tabum*, *cruor*, quod eſt mutato accentu ob mutatam ſignificationem a βροτὸς, quod ſæpius legitur in plurali numero βροτοὶ, *mortales*. α. 367.

Βροτολοιγὸν, *hominum peſtem*, a λοιγὸς, ȣ, ὁ, *pernicies*, *peſtis*, & βροτὸς, ȣ, ὁ, *mortalis*. α. 333.

Βρῶσις, εως, ἡ, *cibus*, a βρώσκω, βιβρώσκω, *conſumo*, *comedo*. f. βρώσω. p. βέβρωκα. præt. paſſ. βέβρωμαι. unde eſt βρῶμα αὐλικὸν, *hoffbiſtein*. a βέβρωται eſt βρῶσις, εως, ἡ, *eſca*. item *tinea*. βρωτὸς. Θ. 797. α. 395.

Βυσσοδομεύων, *mentibus altis meditans*, a βυσσοδομεύω proprie *profunde ſtruo*, *fundamenta probe jacio*, quod in primis architecti faciunt in locis paluſtribus. Deinde per metaph. *profunde cogito*, *machinor*. compoſitum ex βυσσὸς, ȣ, ὁ, Jonice pro βυθὸς, ȣ, ὁ, *fundum*, *pars ima*, & δομεύω pro δομέω, *ædifico*. Th. δέμω, *ſtruo*, in præt. med. δέδομα, unde eſt δόμος, ȣ, ὁ, *domus*, &c. α. 30.

Βωμὸς, ȣ, ὁ, *ara*, ab Hebr. במה *altare in excelſis extructum ab idololatris*. prov. φίλος μέχρι βωμῶν, *amicus uſque ad aras*. α. 70.

Γ

ΓΑῖ', pro γαῖα, ſeu γαίη, ἡ, *terra*, *tellus*. genit. γαίης Jonice pro γαίας. Θ. 117. ε. 19.

